3

Ariſtophanis

PLVTVS.

HOC EST,

ADAGIA, DICTERIA, & alia lepidè dicta,

TVM GRAECI INTERPRETIS antiqui in eumdem commentaria Latinè reddita, & ad mores relata,

PER

BARTHOLOMAEVM Regium Germanum.



TICINI,
TYPIS PETRI BARTOLI. MDCVI.
Superiorum permiſſu.

IACOBO

MAYNOLDO

SENATVS MEDIOL.

PRAESIDI,

Viro integerrimo, & ſapientiſs.

Bartholomæus Regius Germanus

S. P. D.



RISTOPHANIS Plutus ad te venit, integerrime, & ſapientiſſime Præſes: Lippus ille fortaſſis adhuc, ſed non vſq; quaq; cæcus. Didicit enim neglectis improbis, bonorum virorum limina terere:

Seq́; adeo Lynceo perſpicaciorem futurum ſperat, ſi tuæ ſapientiæ collyrium adhibeatur. Id vt fiat, hoc eſt, ſi quid in eo critici deſiderauerint, tua corrigendo prudentia, & condonando penſet æquanimitas, etiam atq́; etiam rogo. Audies cum lepidè & ſalsè multa garrientem; ſapienter fortaſſe non item. Quòd ſi plura quis, aut totam velit Ariſtophanis imaginem ad viuum expreſſam in hoc diuitiarum deo: is ſciat, non mihi propoſitum eſſe, vt hiſtrionem in ſcenam, ſed comicum, priſco more, quaſi de plauſtro loquentē, in medium producerem. Hoc eſt, non eum, qui vel loquacitate ſcurrili riſum captans, vel obſcenas amatorum cum meretricibus confabu-

lationes, lasciuasq; contrectatio-
nes imitans eos oblectaret, qui in
palæstra Veneris exercentur: sed
qui crimina & homines crimino-
sos palàm, & liberè insectaretur:
qui simulacra vitiorum suis linea-
mentis efficta, ob oculos poneret:
vt fœdo rerum turpium adspectu
à turpitudine homines absterre-
rentur. Nam ea tantum descripsi,
& Latinè reddidi, quæ ad mores,
vel componendos, vel reprehen-
dendos pertinere sunt visa: siue il-
la adagia sint, siue apophthegma-
ta, siue scōmata; siue argutè quo-
quo modo dicta. Si autē hoc meo
conatu, id quod volui, non sum as-
secutus; culpanda ingenij erit im-
becillitas, non alacris expeditaque
ad laborem tua caussa suscipien-

dum voluntas. Verùm in publica commoda peccare videar, ſi te ad gubernacula ſedentem, ac rerum habenas tua ſapientia moderantem otioſis ſuſpenſum teneã ambagibus. Breuibus igitur ſic habeto: Chremylus vt ruſticus, Carion vt ſeruus, Plutus vt cæcus, Bartholomæus Regius pro ingenij facultate loquitur, & ſcribit. Nihil hîc, quòd vel ingenij laude, vel pręmio dignum cenſeatur. Vnum hoc ago: huc tendo, vt aliquod mei in te amoris & pietatis extet argumentum: in quo ſi eruditionis & elegantiæ parum, fidei & candoris inſit plurimum. Quale idcumq; eſt, à tenuis fortunæ homine tibi delatum & conſecratum, tua in omnes humanita-


te

te ſingulariq́; in litterarum ſtudioſos beneuolentia, cum autore ſimul & autoris filijs, ſi fueris complexus, nihil aberraſſe me à ſcopo intelligam, neq́ue prædicare vllo vmquam tempore deſiſtam. Vale. Ticini, nonis Quintil. M D C V I.

ARGVMENTVM

PLVTI

Ex antiquo interprete Latinè redditum.





RISTOPHANES Athenienſium iniquitatem, & aſſentationes perſtringere, eosque ſalsè irridere volens; qui familiaritate illorũ uterentur; atq; hac

hac ratione ditescerent, senicalum quendam finxit agricolam, Chremylum nomine: iustum quidem illum & bonis moribus ornatum, sed pauperculum. Is cum seruo templum Apollinis ingressus, Apollinem de filio percontatur, debeatne relictis bonis moribus & vitæ honestate amplecti iniquitatem, atq; iisdem rebus operam dare, quibus alij delectentur. Quod improbi ditescerent, qui vero honestam uitæ rationem sequerentur, in summa viuerent inopia; quemadmodum ipse Chremylus. Apollo autem nullum dedit ei responsum manifestum: sed in quemcumq; incideret egressus è templo, eum sequi iussit. Illi autem fortè senex quidam captus oculis occurrit; (is erat Plutus) eum sequitur, quemadmodum iußerat oraculum, nesciens esse Plutum. Servus autem id animo fere ini-

iniquo: atque odiosè interpellans quærit curnam eum sequantur, cui ipsi duce sit opus: Chremylus aperit illi oraculum. Deinde ab ipso Pluto quisnam sit, discūt & quare ab Ioue sit excæcatus. Vbi verò id cognouerunt, gauisi sunt, & consilium inierunt, vt ad Asclepiaden abducerent eū, qui cæcitatem curaret. Et, vt omittam, quæ interea contigerunt, atq; Blepsidemi cum paupertate disceptationes, abduxerunt eum celerrimè, & sanatum reduxerunt domum. Ditati autem sunt satis superq; non ipsi tantum, sed quicumq; antea in honestate vitæ pauperes fuerant. Hactenus interpres.



CARION

Seruus loquitur.

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν ὦ ζεῦ, καὶ θεοί,
Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Vt graue & molestũ est, O Iuppiter, atq; Dij,
Desipienti hero seruitutem seruire.

Interpres: Cum per se ac natura graue sit, seruire, grauius fit, si cui cõtingat hero seruire mente capto. *Regius*. Laudabile dictum, modo nõ seruile: nempe si ab ore proficiscatur serui boni, qui ex naturæ prę- scripto viuere didicerit: quod in mentem cadere serui non facilè queat.

Car. Ην γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας θύχῃ,
Δόξῃ δὲ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
Μετέχειν ἀγάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.

Si enim optima fortè dixerit seruus,
Neque hero videatur ea facere,
In partem malorum seruus veniat necesse est.
Reg. Huc refer illud Horatianum.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui.

Si quid imprudentia, vel temeritate domini contigit mali, id vniuersæ familiæ pernicioſum. Sed in dubium voco, poſſitne quid vtile cum honeſtate coniunctum videre aut ſuadere ſeruus? Iuppiter enim (quod eſt apud Homerum) dimidio mentis priuauit eos, quos ſeruituti deſtinauit.

Car. Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.

Non .n. permittit fortuna, vt ſuo quis corporis dominetur.

Sed is qui eum mercatus eſt.

Reg. Compendio ſeruorum miſerias deſcribit: quibus ne ſui quidem corporis ſit permiſſa poteſtas. Reſpice ad priſcam tum Græcorum, tum Romanorũ conſuetudinem: qui ſeruis vtebantur, vt armentis, aliiſq; brutis animantibus.

Car. Ἰῶ δὲ λοξίᾳ
Ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου,
Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην.

De Apolline verò,

Qui ex aureo tripode vaticinatur,
Hoc merito queri poſſum.

In

Interpr. λοξίᾳ, id eſt, obliquam vocem mittenti. Obliqua enim & tortuoſa reſponſa reddebant eius vates. Vel, iter obliquum facienti. Idem eſt enim cum ſole. Piſcatores quidam Mileti pacti mercedẽ, retia laxant: conuentum autem erat cum quodam, vt quodcumq́; caperent illo iactu, totum ſibi haberet, qui pretium obtulerat. Contigit autem, vt piſces caperent nullos, ſed tripodem aureum retibus concluſum extraherent. Hic inter eos oritur contentio: sibi enim deberi tripodem clamitat emtor: contra piſcatores de piſcibus conuentum fuiſſe, non de alia re qualibet. Poſt multã diſceptationẽ, viſum eſt Apollinẽ cõſulere. Is hoc modo reſpõdit: o progenies Mileſia, Phœbum de tripode percontaris: qui ſapientia omnes antecellit, huic tripodem dato. Attulerunt autem tripodem ad ſeptem ſapientes Græciæ; qui cum ſinguli ſibi ſapientes viderentur, ſapientiſque nomen depoſcerent; Apollini tripodem reddere conſtituerunt. Hinc aiunt illi tripodem obtigiſſe. Aureus autẽ dicitur, quòd pretioſa materia & veneran

da

da ſint oracula. Quòd verò ex tripode re ſponſa reddit, ad tria tempora referendum eſt. Videt enim quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ futura ſunt: quę Homerus de Calchãte vate. *Reg.* Figura prouerbiali poteſt efferri, vt ex aureo tripode vaticinari dicatur is, qui vel in imperij gradu conſtitutus, nihil mentitur, ſed vera loquitur, veritatis amans, vt non minus illi ſit habendum fidei, quam Apollini ætas habuit priſca. Vel in diuerſum, qui in re copioſa & lauta, non vulgariter ſapere videatur: quaſi diuitiæ ſapientiam præſtent. Hoc modo erit ſcõma in peruerſum vulgi iudicium: qui ex rerum copia ſapientiam animi metiũtur: qui in eorum verba iurarunt, eos, vt Apollines venerantur, qui ad rem ſapiunt. Hos Lyricus abnormes ſapientes vocat. Illi ipſi etiã opulenti, quidquid blaterant, pro oraculo haberi volunt. In eos quadrat prouerbiũ:

Auro loquente, nihil eſt omnis oratio.

Car. Ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὥς φασι, σοφὸς
Μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην.

Medicus cum ſit, & vates, vt aiunt,
Sapiens

In-

Insanientem dimisit herum meum.

Interp. De duabus virtutibus Dei hoc loco tantum mentionem facit; de diuinatione & medicinæ scientia. Opportunè autem meminit harum: Medicinæ, quòd herum ipsius insanabilem dimiserit, neque præsentem curauerit insaniam: vaticinij, quòd subitò sit inde egressus. Musicã prætermittit; vel quòd nihil ad rem præsentẽ faciat: vel quòd sub sapientia comprehensam intelligat. Aliter: videtur hoc dicere Carion: virtutibus suis magis nocuit Apollo, quam profuit hero. Vaticinio.n.prorsus perturbatum, hæsitantem reddidit, ac perplexum. Medica facultate melancholiam induxit. *Reg.* Dictum in eos, qui sese consilia dare aliis posse profitentur, cum nihil sciant. Vt in medicos, qui ægros, quos curandos susceperunt, accepta pecunia, nihilo saniores dimittunt, quam venerant. Mihi verò fas sit, extra chorum saltare: vt cum parodia simul erumpant animi affectus.

ΙΑΚΩΒΟΣ ὢν σοφὸς ΜΑΪΝΟΛΔΟΣ κ' ἀσεβὴς,
Μήποτ' ἀπέπεμψ' οὐ δῆνα μελαγχολῶντά γε.

Δίκαιον

Δίκαιον γὰρ καὶ ἄδικον ἰδὲν καὶ πᾶσ᾽ ἴσως
Διένεμεν ὡς ἄνδρ᾽ εἰκός ἐστιν εὐσεβῆ.

Hoc est, extra legem carminis.

IACOBVS MAYNOLDVS, cum sapientia præditus sit, ac pietate, neminem vnquam dimisit furore percitum. Iusti enim atque iniusti naturam videt, idque omnibus æqua lance distribuit: quemadmodum decet virum, qui pietatem colit. Sed redeo ad Aristophanem.

Car. Ὅστις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ,
Τοὐναντίον δρῶν, ἢ προσῆκ᾽ αὐτῷ ποιεῖν.
Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα.

Qui à tergo sequitur hominem cæcum,
Contrà faciens, quàm ipsi facere conuenit.
Videntes enim cæcos ducimus.

Interp. Stultitiam heri, & insaniam accusat, qui planè facit omnia præposterè. Ducere enim cæcos non sequi oportet. *Reg.* Conueniet, vbi quis hominem imperitum adhibet in consilium: cui ipsi opus sit consultore, nedum alteri dare cōsilium possit.

Car. Οὐδὲ γρύ. *Ne gry quidem.*

Int.

Interp. γρύ, ſordes ſunt vnguium. Quidam deducunt à grylliſmo, id eſt, à grunnitu porcorum. *Reg.* Cum ſignificare volumus, nihil nos vel accepiſſe, vel dare velle: ne gry quidem, ſpecie prouerbiali, cõmodè dixerimus. Vſus eius etiã eſſe poterit, & magis ad ſenſum Carionis faciens, vbi oſtendere volumus hominem, qui nihil reſpondere voluerit, ſiue loquendi tædio, ſiue odio, vel ira impeditus.

Car. Οὐ γάρ με τυπτήσεις στέφανον ἔχοντά γε.

Non enim me verberabis coronam habentẽ.

Interpr. Mos erat, vt qui Deos adiret, coronaretur & omni noxa ſolutus, nec vllius criminis reus eſſet. Idq́; ſeruis cum liberis erat commune. Hac conſuetudine fretus Carion liberè loquitur. *Reg.* Non lõgè abieris, in promtu erũt exempla noſtratia. Seruis hodie ſi tantulum conceſſeris, vel in familiaritatem admiſeris, omnia putabunt ſibi licere: etiam te rebus intentum grauiſſimis interpellare non verebuntur. Sed dicto Græcorum cogendi ſunt in ordinem. *Foras Cares: non amplius antiſteria.*

Adagium notius, quã vt expoſitio eius huc adſcribatur. Sed interpres mihi repetendus eſt: qui Deos, inquit, adiret, omni noxa ſolutum & omnis delicti expertem eſſe oportebat. Referas ad mores & religionem noſtrã: erit operæ pretiũ vtrãque ætatem conferre. Et quoſnã illi Deos adituri expiabant ſcelera? ſimulacra argentea aut lignea, quæ os habebant & non loquebantur: manibus hominum facta. Nos verò opificem illum rerum omnium, Deum verum & viuũ colimus: par ne videtur, innocentiæ corona redimitos nos immunes à criminibus præſtare, cum precibus à datore omnium aliquid petituri templa ingredimur?

Chr. Μὰ δί' ἀλλ' ἀφελὼν τὸν ϛέφανον, ἢν λυπῇς τί με.

Per Iouem (ſubaudi non percutiam coronam) Sed ablata corona, ſi quid ægrè mihi feceris.

Reg. Adde ex virtutibus te ornabo tuis. Conueniens audaciæ ſeruili, ac parrheſiæ reſponſum. Quaſi dicat, te corona præſtat immunem à verberibus. Sed hanc immunitatem non tibi, ſed loci dignitati, atque tem-

tempori feras acceptam. Hinc disce etiã ab Ethnicis habitus religiosi ductam esse rationem; quanto magis à nobis sacerdotes colendi, qui non idolis, sed Deo viuo sacrificant. Discant etiam qui religioni mancipati sunt, neq; habitu, neq; magistratu abutendum esse.

Chr. Τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν
Πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον.
meorum enim seruorum
Fidelissimum te duco, & maximè arcanum: vel potius, furacissimum.

Reg. Dictionem, κλεπτίστατον, si latinè reddas, & nõ omnia exprimas significata, gratię nihil inerit, neque magnopere delectabit lectorem. Significat enim & taciturnũ & furacem κλέπτειν enim & furari Græcis est, & occultare. Taciturnitas in seruo requiritur: quod Terentianus ille Simo etiã docet. Furacitas perpetuum est seruorum adiunctum. Est igitur locus ex ambiguo, vel etiam, vt interpres ait, ab inexpectato: seruus enim sese taciturnum existimari ex eo verbo colligere poterat: herus autem, quod magis seruo cõueniebat, id sensit, &

intelligi voluit: nempe, furacissimum omnium seruorum.

Chr. Ἐγὼ θεοσεβὴς, καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ.
Κακῶς ἔπραττον, καὶ πένης ἦν.

Ego pius & vir iustus cum essem.
Male mecum agebatur, & pauper eram.

Interp. Pietatem sequitur iustitia: cuius rei signum est: quòd pius omnia, quæ Deo grata sunt, facit. *Reg.* Mores hominum carpit: qui vsque adeò ad rem sunt intenti, vt Deum atq; diuina omnia posthabeãt: abieritq; in vulgare dictum: qui copiam rerum affectat, is neq; Dæmonem, neq; dæmonis vereatur insidias, & dolos. Quid plura? Nonne multos affirmantes audimus, in ea arte, quam quis profitetur, virum se bonum præstare neminem facilè posse, nisi ad extremam redigi velit inopiam? Scilicet, hoc sentiunt: vtrumque haberi non posse; opes & probitatem. Et si alterutro carendum, facessat probitas & virtus: prodeant thesauri: præsto sit per fasq; nefasq; cõgestus aceruus: ne quis te sit ditior alter. Hinc fit, vt non pauci caussidici nummarij & sordidi, linguam habentes venalem, sæ-

pè

pè frigidè sui cliẽtis caussam agant, viresq́; de industria remittant, vt vel e re modicio condemnetur is, qui eorum se fidei dederat: vel alio quouis modo in cautionum salebris hætẽs, & tergiuersationum strophis, fraude etiam collusoria caussa cadat. Subdit autem Chremylus, atq́; ordine recenset, quos ditescere ait.

Chr. Ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
Καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί.

Alij verò ditescebant, sacrilegi, rhetores,
Et sycophantæ, & improbi.

Reg. Notatu dignissimum, quòd in centurias improborum refert etiam rhetores. Cuius rei caussam hanc ego suspicor esse: quod plerunque in gratiã loquuntur, quẽadmodum assentatores, vt vel sibi, vel aliis, quorũ caussã dicunt, impetrent, quod volunt: parum solliciti, verũne sit, an falsum, quod dicunt: ęquum an iniquum, quod petunt. Effectum .n. artis oratoriæ esse aiũt, audiẽtiũ approbationẽ & plausũ. Hinc ratiocinatur rusticus, qui idẽ spectant, ad eũdẽ finem tendunt, eorum simillimę sint loquendi & viuendi rationes necesse est.

Plato in Gorgia, particulam adulationis esse Rhetoricam ait.

Nihil ergo à parasito distabit Rhetor. Tu lector memineris catalogum reliquorum, quos in hoc albo scriptos vides: caussam ipse tecum perpende, cur eorum quisque ditescat.

Chr. Ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον.

Iam existimans exhaustam esse vitam.

Interp. Metaphora à sagittarijs, in dictione ἐκτετοξεῦσθαι: cum pharetrā sagittis habent vacuam. *Reg.* Quasi dicat, nihil erat amplius in marsupio. Et, vt Persius, suspirabat nummus in imo. Non erat, vnde vitā tolerarē, nec quod pignori opponerem. Verbum autem Græcum Plautus in Pseudolo, videtur vnico verbo reddidisse: vbi inquit Pseudolus, ego exballistabo lenonem lepidè.

Chr. Πευσόμενος εἰ χρὴ μεταβαλόντα τοὺς τρόπους
Εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἕν.

Percotaturus, nū mutatis moribus, oporteret
Esse fraudulentum, iniustum, nec quidquam
sanæ mentis agere.

Int.

Interp. Iniuſtus enim & furax non eſt mente ſanus. *Reg.* Etiam hoc quaſi dicte-rium pertinet ad homines maleficos, qui malè partas oſtentant opes, & in earũ poſ-ſeſſione felicitatem ponunt: eos ridẽt, qui malunt in paupertate honeſtè viuere, quã cũ probro diteſcere. Illud autẽ μηδὲν ὑγιὲς, prouerbiali figura poterit vſurpari in eũ, qui nihil rectè, ſed perperam & doloſè fa-cit omnia. Quo pacto enim ſanæ mentis hominem dicemus eum, qui contra rectã rationem facit omnia? Nonne is hominem exuit, atq; in naturam migrat belluinam? Quadrabit etiam in ciuitatẽ, vel regionẽ, vbi princeps imperitat, calcata legum au-toritate: vel magiſtratus improbi & factio ſi conniuent in flagitijs: æqui & iniqui ra-tio nulla. Ibi ſi percontetis, quis ſit rerum ſtatus, rectè reſponderi poterit, μηδὲν ὑγιὲς: hoc eſt, nihil rectè fieri.

Car. Εἶτ' οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ θεοῦ,
Φράζουσαν, ὦ σκαιότατέ, σοι σαφέστατα
Ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον;

Adhuc non intelligis mentem Dei,
Qui te admonet, ò ineptiſſime, verbis pſpicuis,

Filium tuum instituere more vernaculo?

Interp. Assuefacere politię Atheniensiũ. Obscurè autem innuit, vt doceat filium impudentiam & ignauiam Atheniensiũ imitari. *Reg.* Seruus à natura, & ingenio seruili nihil discedens, hortatur non ad honestatem, sed ad personatam quamdam vtilitatem. Moribus, ait, viuẽdum hodiernis: quo iure, quaq́; iniuria opes corradẽdæ. Huius autem consilij ratio nititur oraculo. Hoc sensit Apollo: huc spectauit, cum te cæcũ iussit habere viæ ducem: vt naturæ & consuetudinis ordinem inuerteres, adeoq́; à te ipso descisceres: probitatem nequitia, fidẽ fraude mutares. Ex eo colligas licet, nihil tibi faciendum esse secundum præscripta legum. Sin alia fuisset eius sententia, non captum oculis, sed perspicacem & bene oculatum tibi mõstrasset, quem sequereris. Mox dictis fidem adstructurus subdit.

Car. ὅτιη, καὶ τυφλῷ

Γνῶναι δοκεῖ τοῦθ' ὡς σφόδρ' ἐστὶ συμφέρον

Τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς, ἐν τῷ νῦν χρόνῳ.

Quoniam & cæcus

Hoc scire videtur, quòd valde vtile sit,

Nihil

Nihil ſana mente facere hoc tempore.

Interp. Quòd verò te cæcum iuſſit ſequi ex eo apparet, Apollinem omnia velle à te præpoſterè fieri. Cæcus enim viam rectam numquam inſiſtit. Et noſtra ætate; quemadmodum omnes iniquam reipub. adminiſtrationem ambiũt, ita ad aliorum exempla filium tuum inſtitues. *Reg.* Quod pluribus, illiſq; opulentis placet, modo ſpecies quædam in eo vtilitatis appareat, id ſibi deligendum vulgus exiſtimat rude, ac ſtupidum de honeſtate nihil ſollicitum.

Chr. Οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει;
Ἀλλ᾽ εἰς ἕτερόν τι μεῖζον.

Fieri non poteſt, vt oraculum eò tendat?
Sed ad aliud quiddam maius.

Reg. Hinc elicio ſententiam viro bono digniſſimam: ſi quis vel temeritatem, vel ineptiam ſuam excuſare & prætegere, & quod imprudenter aut ſtultè fecerit, in fortunam vel Dei voluntatem reiicere velit; hoc Chremyli dicto redargui poterit: non id voluiſſe Deum.

Vel etiam ſi viri ſapientis inuertere quis

ac perperam interpretari consilium studeat, huic respõderi similiter poterit, alio spectasse eum qui consilium dedit, aliorsum esse accipiendum.

Car. Η τ'ἀπὶ τούτοις δρῶ.

Sin autem, ea faciam, quæ hac consequi solẽt.

Reg. Sensus idem est, cum illo Italorũ.

Farò altro che parole.

Quibus verbis malum minitari solent, si quis dicto sese audientem præstare nolit. Similiter hic Carion, si verbis non paruerit, & quisnam sit, dicat, ea se facturum minitatur, quæ verba imperiosa consequi soleant: scilicet verberibus coacturum. Huic simile quid in apophthegmate Socratis: quem cum Xantippe multis lacerasset conuitiis, neq; is commoueretur; tãdem etiam lotio perfudit eũ. Socrates nihil præterquam quòd subridẽs, sciebam dixit futurum, vt ista tonitrua subsequeretur imber. Hoc exemplo si quos mutuis se contumeliis videro proscindẽtes, inde pedem referens, falsè dixero, imbrem me timere, quẽ tonitrua præcedere solent: vel ea me timere, q̃ verbis annexa sũt cõtumeliosis.

Plut.

Plut. Οἰμώζειν λέγω σοι,

Flere dico tibi.

Reg. Hinc credo mulierculas Insubrum consuetudinem duxisse, vt pueros ab ineptiis, vel improbè dictis aut factis absterrere volentes, sua lingua dicant, *tu vuoi piangere, men' aueggo, che tu cerchi occasione di piãgere*. hoc est, caussam tibi lacrymarũ quęris. Conueniet, cum eum; qui molestus esse non desinit, minis deterrere volumus: si dicamus.

Οἰμώζειν λέγω σοι: *uel* κλαίειν σοι λέγω.

Flere dico tibi: prædico tibi, futurum vt lacrymeris.

Car. Δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ.

Accipe virum, & auem Dei.

Interp. Oraculum Apollinis auem dicit: quoniam antiqui non solum per alia, sed etiam per aues prædicebant futura: vaticinabantur. *Reg.* Si quando princeps, vel alius quis magistratum gerens, homini facinoroso carcerem, vel exilium, vel etiã capitale supplicium minitetur: alius adstans ibi, falsè subiicere poterit, Δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν θεοῦ. quasi dicat, accipe omen

istud:

iſtud : ad te pertinet, te reſpicit oraculum. Quòd verò Dei,addendum cenſeo,per catachreſin ad veriloquentiam minitantis referendum.

Chr. Μὰ τὴν Δήμητρα.

Per Cererem.

Interp. Rectè hanc ſibi ſumit ad iuſiurandum, vt agricola. Ceres enim terræ præſes eſt. *Reg.* Apud Virgilium ruſticus non è curſu ſolis aliorumq́; ſiderũ, ſed ex meſſe,eiuſq́;iteratione computat ſeriem annorum. Inquit enim.

Poſt aliquot mea regna vidẽs mirabor ariſtas

Vbi metalepticῶς per ariſtas ſpicas,per ſpicas meſſes,per meſſes æſtates,per æſtates annos dinumerat. Scilicet ex arte ſua diiudicat ea,quæ ab arte alieniſſima. Itidẽ hîc Chremylus, non Iouem, aut aliud numen,ſed Cererem,cui victum & quæſtum acceptum refert,ad iuſiurandum adhibet.

Plut. Ὦ τᾶν.

Interp. *O amice, vel ò amici.*

Reg. Cum in multas me vertiſſem partes, varia idiomata perluſtraſſem: neque

vo-

vocabulũ inuenire liceret, quod huic Græco (ὦ τᾶν) responderet, atq; illud propriè redderet, quòd hac dictione significant Græci: tamdem ab Italorum vulgo veram & Germanam expositionem mutuo accipere coactus sum. Illi enim cum vel hominem, vel pecus, vel aliud quidpiam, siue animatum, siue inanimatum, siue corporeum, siue corporis expers sit, appellare volunt; neq; nomen præsto sit: *Cotale* vocant: ad generale confugientes, vbi desit proprium. Exemplo sit: hominem volo, neq; nomen succurrit: *Cotale*, dico. Iubeo item mihi vasculum, vel instrumentum aliquod dari, cuius ignotum mihi nomen, *Cotale* peto. Latinis quid tale vsu receptum in vocabulo Neptunus. Cũ enim ignotæ originis hominem dicere volunt, Neptuni, vel etiam Terræ filium dicunt: & illi ad generalitatem respiciunt. Hoc igitur modo Græci vtuntur suo ὦ τᾶν. Sed operæ pretium videtur, referre nonnulla, quæ vel à Græcis mutuati, vel Græcorum imitatione Itali videntur enunciare.

Pri-

Primum de proprietate sermonis erit exemplum. Græcis geminata negatio vehementius negat: Latinis cõtrà. Græci Μήποτε μηδείς. i. numquam nullus. Id Latinis vehemens erit affirmatio: Græcis est negatio. Italicè reddas licèt, *mai niuno*, *mai neßuno*. Itidem negant, vt Græci. Sed iam ad vocum similitudinem pergo. *Pitocco*, vocabulum origine planè Græcum. Πειθώ, enim Græcis erat Dea, quam dicendi præsidem credebant. Eam Ennius suadam, Horatius suadelam, Cicero leporem vocat: Quintilianus persuadendi Deã nominat. Eamdem Græci ψυχάγωγον, hoc est flexanimam, animæ ductricem, & oblectatricem appellant. Iam hoc nomen adaptemus ingeniosis illis verborum cõcinnatoribus, mendicis: qui præter hypocrisin illã, quam neq; Demosthenes, neq; Tullius satis monstrare potuerunt, etiam excellẽtiora commenti sunt ad permouendos animos instrumenta. Alij enim cæcitatem oculis mentiuntur inuersis: cum pupillam palpebris occultantes albuginẽ mõstrãt. Alij crura fascibus artificiosè circumuoluta

ta

ta ostentant, quasi morbo affecta, quę curationem non admittant: alij mutilos sese & mancos, quasi præstigiis quibusdam probant: Alij linguam intra palatum, ad epiglottidem vsq; reductam occultantes mugitum edunt, vt planè mutos credas. Alij denique voce querula, & oratione ad miserationem composita, ita permulcent animos, vt religio sit, piaculumq; putes abire, nisi datis prius eleemosynis. Horum rationibus optimè congruit dictionis etymologia: & rectè Græcos imitantur Itali. *Pitocchi*, nominantes. *Scrocco* autem cum dicũt, nomen est contumeliosum: quo vtuntur eorum impudentem loquacitatem pertęsi qui vsq; adeo vrgent petitionis iteratione, vt vel stipẽ, vel fustem extorquere valeãt. *Vatene*, inquiunt, *alla forca, scrocco*. Vtuntur etiam eodem vocabulo in quemuis hominem odiosum, vel contemptibilem, si fortè ira perciti sunt. Græcis σκορακίζειν, est, odio prosequi, eiicere: et proprie, quasi ἐς κόρακας ἀποπέμπειν, hoc est, ad coruos mittere. Viderint oculati, quàm longè absim à scopo. Præterea Itali, cum catulum alli
cere

cere volunt, *tè, tè*, ferè clamitant. Id à Grę cis itidem mutuatos crediderim. Illis enim θέε, & θεῖ imperandi modus est, pro curre: à verbo θέω. Similiter canem ædibus eiiciẽtes, *tira, tira*, vociferantur, à Gręcorum imperatiuo, θήραε, θήρα: quod est capta, da operam vt capiatur. Quam vocẽ ad se pertinere, seq; captari sentientes, fugiunt canes. Multa alia Gręcorum imitationẽ enũciant, in quibus & vocum & significationis est similitudo: licet in aliquibus pręter vocem nihil simile. Hactenus de vocum affinitate quæ inter Italos & Græcos.

Chr. Πώμαλα.

Nequaquam; minimè gentium.

Interp. Atticum est, pro οὐδαμῶς. Est autem negandi aduerbium. *Reg.* Etiam hîc suspicari licet in Italorum lingua Græcismum: vocabulum, scilicet, Græcum ad Italos transisse. Cum enim se quidquam daturos esse negant, *Ti darò il mal'anno*, dicunt. Apparet vocum similitudo, sensus haud dissimilis. Quin etiam Germani Italos imitari solent, pręcipuè in vocabulis militaribus, quibus etiam in patria sua vtuntur

tur. Qualia ſunt: *Lautenant*, pro *Luogotenente*: *Loſment*: pro *alloggiamento*. Et plura eiuſmodi. Sed hæc præter ſcenam.

Chr. Εἶτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὤν;

Etiam taces, cum Plutus ſis?

Reg. Græcus interpres hoc loco nihil, quod ad noſtrum pertineat inſtitutum: qui apophthegmata, dicteria, & adagia conſectamur: atq; ea huc congerere ſtatuimus, quorum ea natura ſit, vt in hoc album ſe referri facilè patiantur. Ille rationem perſequitur ſyntaxeos, docere volens, non delectare. Sed iam vſum monſtremus. Conueniet in hominem opulentum, nullis excultum diſciplinis: qui vbi de rebus magnis diſputatur, imperitiæ ſuæ conſcius tacet. Eũ quis hoc poterit ſcommate tangere: tu, cui ſuppetunt omnia, ad bonarum artium cognitionem parandam neceſſaria, taces? ſcilicet apud te fortunę bona, virtutum inſtrumenta malè ſunt collocata. Alios viã virtutis deſerere cogit inopia: tu etiã in re lauta & copioſa rudis es & imperitus? Vel etiam ſecundum opinionem plebis imperitæ diuitem loqui iubeamus, habiturum

aures feriatas: quaſi neceſſariò ſapiens ſit, qui diues. Huc pertinet ironia illa Horatij in arte poëtica, qua ſtuporem carpit illorum, qui ſapientiam diuitiis metiuntur.

Qui neſcit, verſus tamen audet fingere: Quidni?
Liber & ingenuus, præſertim cēſus equeſtrē
Summā nummorū, vitioq́ remotus ab omni.

Car. Σὺ Πλοῦτος, οὕτως ἀθλίως διακείμενος;
Tu Plutus tàm miſerè habitus?

Reg. Etiam hoc ad diuitem referendū, & ſordidum: quem bufonem Latini vocare ſolent: à natura terreſtris ranæ, portentoſæ magnitudinis: quæ numquam ad ſatietatem edere terram creditur, qua victitat; metuens ne quando ſit defutura. Ita huiuſmodi harpyiæ. In quos etiam Horatius hæc.

Congeſtis vndiq́ ſaccis
Indormis inhians & tanquam parcere ſacris
Cogeris: aut tamquā pictis gaudere tabellis.

Neq; enim naturæ neceſſitati obſequitur: neq; pro facultatibus ſibi veſtes aut ſeruos parat: ſed ſitu & pannis obductus pro-

dit

dit in publicum, vt nihil differat à mendico. Hunc rectè voces Plutum miserè habitum, hoc est, diuitem malè ornatum: vel diuitias malè collocatas.

Plut. Ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι.

A Patrocle venio,

Interp. Vnus erat ex Atheniensibus illis, qui vitam Laconicam imitabantur: diues quidem valde, sed turpissimè viuens, vt auarus & sordidus perstringitur. Qui propter auaritiam, & pecuniæ custodiam, neminẽ accedere ad se passus est. *Reg.* Migrabit in scomma prouerbiale; si diuitem sordidum, Patroclem vocemus: quemadmodum Thersiten pro informi & maledico: Irum, pro mendico: Sardanapalum, pro libidinoso & effæminato: Gnathonem pro parasito dicimus.

Plut. Ὃς οὐκ ἐλούσατ᾽ ἐξότουπερ ἐγένετο.

Qui numquam lotus est, ex quo natus.

Reg. Itidem in præparcum. Ab eodem Patrocle ductum. Adeo enim auro inhiare, & compendiis studere solent id genus homines, vt munditiæ ac decoris, suique adeò corporis obliti porcis prodeant lutu-

lentis simillimi: veriti ne, dum corporis cultu sunt occupati, quid interea compendij pereat.

Chr. Καὶ μὴν διὰ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται μόνους καὶ τοὺς δικαίους.

Et quidem à bonis tantum colitur ac iustis.

Reg. Subaudi Iuppiter. Per hunc autem Deum Opt. Max. intellige: is à viris bonis & iustis tantum pio colitur affectu. Ita sub fabulis latentem, in lucem produxeris veritatem.

Plut. Πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου.

Multo enim tempore ipsos non vidi.

Interp. Secũdum consuetudinem Atheniensium vernaculam in administranda reipub. loquitur: quos vt improbos & iniquos insectatur. *Reg.* Adapta illud poëticum.

Rara auis in terris, nigroq́ simillima cygno.

Subaudi fides est. Mira enim eorũ est paucitas, qui rectè agant; quiq́; fidei ac religionis suæ potius, quàm vtilitatis rationem habeant. Italis & Germanis familiare dictum est: videre velim virum bonum. Itali, quo difficiliorem inuentu talem ostendant, ma

nus

nus inſpiciendas eſſe aiunt: quarum ſi volam videant piloſam, tum prædicent eum virum bonum. Scilicet ætatis commune vitium ſignantes.

Chr. καὶ θαῦμάγ' οὐδὲν. οὐδ' ἐγὼ γὰρ ὁ βλέπων·

Nec mirum: neq; enim ego videns.

Reg. Lepidum Chremyli reſponſum. Plutus enim dixerat, ſe diu nullum vidiſſe bonum virum: id Chremylus ait non eſſe dignum admiratione: cum ne ipſe quidem bene oculatus vidiſſet vllum; nedum Plutus q. cæcus. Hæc itidẽ pertinent ad corruptos Athenienſium mores, & peruersã viuendi rationem. Habes hîc germanum comœdiæ inſtitutum, vt, ſcilicet, mores reprehendat malos, & à malitia abſterreat improbos, libera, & aperta reprehenſione.

Chr. Οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ
ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα.

Non enim inuenies me
Virum moribus meliorem etiamſi quæras.

Reg. Domeſticus teſtis. Ital. *Chi ſi loda, ſi lorda.* Dictum promiſcuè omnibus & bonis & malis vſitatum.

Nemo enim vel nequissimus facilè patitur sibi quemquam præferri probitatis fama. Cum interea suæ ipsum furiæ domesticæ reum mendacij faciant: hoc est, scelerum perpetratorum conscientia redarguat ipsum bonitate gloriantem.

Plut. Ταυτὶ λέγουσι πάντες.

Hoc dicunt omnes.

Reg. Conueniens iactantiæ Chremyli responsio. Quasi dicat Plutus: hoc tibi cōmune cum multis, quòd tuas ipsius laudes prædicas. Huc refero illud Ital. *Non si troua meretrice, che non si vanti d'esser donna da bene.*

Plut. ἡνίκ' ἂν δέ μου
Τύχωσ' ἀληθῶς καὶ γένωνται πλούσιοι,
Ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ.

Quando verò me
Reipsa sunt adepti & facti diuites,
Planè excellunt nequitia.

Interp. Malitia in peius mutantur diuites, propter rerum copiam. *Reg.* In eos, qui in re tenui se rebus honestis & præclaris operam daturos esse pollicentur, si ditescere contingat: opes in vsum pium distribu-

buturos. Vbi paullulum his accessit pecuniæ, elati animi: vt est apud Terentium. Omnes præ se contemnunt: propter abũdantiam fortunæ, quod libet, licere sibi putantes.

Chr. ξὺν Θεῷ εἰρήσεται.

Cum Deo dicetur.

Reg. Genus locutionis, quod Græci vocant εὐφημισμόν. Italis etiam vsitatum, & homine Christiano dignum. Cum enim quid vel oratione vel opera inchoaturi sunt, hoc quasi omine, vel augurio vtuntur: *Se Iddio vorrà, se così piacerà à Dio.* Latini bonis auibus, beneuolentibus gratiis: hodie, Deo fauente, vel propitio. Sic Chremylus pollicetur fore, vt visum recipiat Plutus. Inquit enim.

Chr. Οἶμαι γάρ, οἶμαι, ξὺν Θεῷ εἰρήσεται,
Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.

Puto enim, puto, Deo fauente,
Futurum, vt hoc oculorum vitio libereris.

Car. Ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν ἄθλιος φύσει.

Hic homo natura miser est.

Reg. Conueniens dictum in eum, qui bona consilia contemnit: qui oblatam rei be-

ne gerendæ occaſionem accipere ſe velle negat. Huic ſi quis, vel honeſtæ alicuius artis cognitionem, vel rationem offerat, qua miſerias & calamitates à ſe dimouere, & ad quietum vitæ ſtatum poſſit peruenire: ille contrà ſibi deligat, quæ turpia & pernicioſa ſint: eum natura miſerum eſſe dicemus: quippe qui neque videat, quid bonũ quid ſecus: neq; monſtrantibus fidem habere velit. Talem hîc Plutum eſſe Carion dicit: qui cum Chremylus operam polliceretur Aſclepiadis, vt viſum reciperet, hoc modo reſpondit.

Plut. Μηδαμῶς τοῦτ' ἐργάσῃ.

Οὐ βούλομαι γὰρ πάλιν ἀναβλέψαι.

Nequaquam hoc feceris.

Nolo enim rurſus videre.

Reg. Non poteris efficere, vt viſum recipiam, quando ipſe nolo. Medicorum huc refero dictum: qui negant ſe ægrotanti ſalutem reſtituere poſſe, niſi ipſo conſentiente, & quaſi coadiuuante. Qui autem pharmaca reſpuit, quæ ſalutaria eſſe intelligit; quis neget eum naturali quadam affectũ

mi-

miſeria? Talem hîc Plutum dicit eſſe Carion: qui vltrò oblatam cernendi poteſtatem negligit.

Plut. Ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρ' ἐμ', εἰ πύθοιτ' ἂν ἐπιτρίψειε.

Iuppiter quidem, qui horum videt ineptias, me, ſi
Audiret, contereret.

Interp. Omnia humana videns: quia nihil eum latet. *Reg.* Suſpicor quoddam hoc loco dicterium. Hunc enim elicio ſenſum: Iuppiter, qui hominum ſtultitiam & ineptias videt, ſi me recepto viſu, denuo inter eos agere ætatem animaduerteret, planè peſſumdaret. Hac cauſſa mihi viſum reddi nolo: ne & ego eadem ſcelera, eaſdemq; fatuitates intueri cogar, quæ olim vidi: ac proinde Iouem mihi reddā inſenſum: qui fortaſſis ideo me excæcauit, vt ne amplius ea adſpicere mihi contingat. Vt, ſcilicet, referatur ad nequitiam hominum.

Ὅστις σε προσπταίοντα περινοστεῖν ἐᾷ.

Qui te offendentem oberrare permittit.

Reg. Interpres hoc loco de propria ſignificatione verbi περινοστεῖν, nonnulla ſcripſit:

ea

ea nos consultò prætermittimus. Nõ enim vocum originem, aut Græcorum syntaxin indagamus: sed adagia, & salsè dicta conscribimus; quæ etiam illis vsui sint, qui Græcè nesciunt. Quadrabit in erronem, qui neq; vnde eat, neq; quorsum eat, exploratum satis habet: quod sibi vsu venire apud Terentium queritur Chærea. Præcipuè autem in eum, quem summa premat angustia, cuius caussam ignoret. Vulgus eum dicere solet iudicio & voluntate diuina circumagi & torqueri. Simile quid videtur esse in illo Maronis.

Musa mihi caussas memora, quo numine læso.

Illum ego versum ita soleo exponere, vt putẽ Virgilium hoc sensisse: insignis pietate vir tot tantisq; aduersæ fortunæ telis agitatur, non sine caussa abdita & latente: caussam autem ipse coniectat esse, numẽ aliquod offensum. Ita Plutum voluntate, & imperio Iouis oberrare dicit Chremylus.

Chr. Οἴει γὰρ εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα,
Καὶ τοὺς κεραυνοὺς, ἀξίους τριωβόλου
Ἐάν γ' ἀναβλέψῃς σὺ, κἂν μικρὸν χρόνον;

Pu-

Putas enim Iouis Tyrannidem
Et fulmina digna triobolo,
Si tu visum reciperes, saltem per exiguum tempus?

Reg. Expressam hic habes imaginem rustici bardi, ac scelerosi, qui prętet faciem & quod mortale est, nihil hominis habet. Sensus hic est: nauci atq; nihili Iuppiter æstimabitur, cum suo fulmine ac potẽtia, si tu diuitiarum Deus Plutus recepto visu inter mortales vixeris. Nihil nobis cum Ioue, marsupium modo sit bene nummatum. Tibi diuitiarum datori sacrificabimus: tibi fumabunt altaria. Nonne hæc planè olent impietatem, si trahere ad allegoriam quis velit? Huiusmodi passim est videre, nõ modo rusticos, sed etiam qui ad gubernacula sedent, non paucos. Rustici opulentos & imperitos persica (sic dicam) salutatione venerantur: viros autẽ virtutibus ornatos contemtui habent, ac ludibrio: quid si etiã illos dixero, qui magistratum gerunt? Quorum ædes facilius patent, ad argenti auriq; sonitum, quam ad viri docti orationem. Rusticorum hæc est sententia. Qui compositis

positis arte verbis de virtute nugantur, speciosa videntur ostentare. Qui verò artem, & viam monstrant ad parandam rerum copiam, illi quæstuosa proferunt in medium. Illi rosas olfaciendas ostendunt: olfactum titillãt: hi vitulina, vel hœdina vel aliis bucceis palatum exhilarant. Illi ventum ac fumum vendunt: hi res afferunt vtiles, & prę cipuè expetendas. Ex eorum tibi centuria Chremylum hunc fingito. Sed audi cõcinnum Pluti responsum.

Plut. Ἆ μὴ λέγ' ὦ πόνηρε ταῦτα.

Ah miserrime ne dicas ista.

Interp. Laboriosè, (hoc enim significat πόνηρος accentu in antepenult. Si verò in vltima habeat accentum, significat improbum) scilicet, agricola, miser. *Reg.* Accentuũ & syntaxeos securus, ad ethica pergo. Verè miser, hoc animo, atque his verbis. Adeoq; eum dixero, in quo vno omnium calamitatum & miseriarum omnia genera sint conclusa. Nihil in dictis quod hominem sapiat.

Chr. Ἄρχει διὰ τίν' ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν;

Car. Διὰ τ' ἀργύριον· Πλεῖστον γὰρ ἔστ' αὐτῷ.

Per

Per quem Iuppiter imperat Dijs?
Per argentum. Plurimum enim habet.

Reg. Senſus eſt: niſi copia eſſet argenti, non imperaret Diis Iuppiter. Argentum præſtat illi potentiam, & imperium. Ethnicorum variæ & ineptæ de Diis fuerunt ſententiæ, cur immortales eſſent. Alij enim immortalitatem acceptam ſcribebant diuitijs: alij, quòd armati eſſent, atq́; fortes, neq́; offendi ab inimicis poſſent: alij ad voluptates referebant. Apud Terentium, gulæ mancipium ratiocinatur hoc pacto.

Ex hoc credo Deorum vitam eſſe ſempiternam, quod voluptates eorum ſint propriæ.

Supponit vt Gnatho: colligit, vt ſycophanta.

Chr. Θύουσι δ' αὐτῷ διὰ τίν; οὐ διὰ τουτονί;
Per quem autem ſacrificant ipſi? nonne per hunc?

Interp. Quæ potentioribus contingere ſolent, ad Iouem tranſtulit. *Reg.* Perſtat in ſententia Chremylus: & Socratico more probare conatur, honores, potentiam, & omnia quæ in humanis ſunt bona, à Pluto proficiſci.

Hoc

Hoc est, diuitiis omnia deberi.

Car. Καὶ νὴ Δί' εὔχονταί γε πλουτεῖν ἄντικρυς.

Et per Iouem omnes palam optant ditescere.

Reg. Syllogismus Carionis hic est. Quod omnes expetunt, id optimum esse credendum: sed omnium vota eò tendũt, vt opibus abundent: opibus igitur nihil esse melius statuendum est. Locus à consuetudine, vel potius ab hominum natura: modo natura dicenda sit, libido infamis, quæ hoc agit,

Vt ne sit te ditior alter.

Chr. Ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι
Οὐ βοῦν ἂν οὐχὶ ψαιστόν, οὐκ ἀλλ' οὐδὲ ἕν,
Μὴ βουλομένου σοῦ.

Nemo hominum amplius sacrificaret,
Neq; bouem, neq; libum, nec aliud quidpiam,
Si tu nolles.

Reg. Hæc itidem eò pertinent, vt ostendat penes Plutum omnium rerum esse sũmam. Hæc autem vt Aristophanes ad mores Atheniensium peruersos, ita nos ad nostræ ætatis auaritiam, & sordes referre possumus. Multas enim audias illud Horatij eructare.

Po-

Populus me sibilat: at mihi plaudo,
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.

Apertius autem id profert ijs, quæ sequũtur, versibus.

Chr. Καὶ νὴ Δί', εἴ τί γ' ἔστι λαμπρὸν, καὶ καλὸν,
Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται.
Ἅπαντα τῷ Πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Et per Iouem, si quid vel splendidum, vel pulchrum,
Vel gratiosum hominibus, per te fit.
Omnia enim diuitijs subdita sunt.

Reg. Hîc, tamquã epiphonemate claudit suam de diuitijs sententiam. Quidquid ait, in humanis illustre, pulchrum, aut gratiosum, id diuitiarum Deo debetur. Hinc fit, vt omnes ad rerum copiam adspirent. Omnia enim auro & argento subiacent, tamquam imperio.

Car. Ἐγώ γέ τοι διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον
Δοῦλος γεγένημαι. διὰ τὸ μὴ Πλουτεῖν ἴσως.

Ego ob paullulum argenti factus sum seruus:
Propterea quòd non æquè ditatus sum.

Interp. Rectè ipsum, paullulum. Serui enim nec honore, nec fide digni sunt. Extenua-

tenuauit autem ſemetipſum, vt ſcopum at tingeret. *Reg.* Cauſſam ſeruitutis affert: quæ paupertas eſt. Cum à natura ſit inſitum oībus, vt ſui iuris eſſe cupiant, nemo ſeſe addicat alterius imperio, niſi coactus inopiá. Homerus in ſeruo cum paupertate coniūctam eſſe ſtultitiam ſcribit: dimidio mentis priuauit Iuppiter eos, quos ſeruituti deſtinauit fortuna. Ego ad nequitiam ſeruorum referendum eſſe puto: licet ingenia ſeruilia ad diſciplinas inepta credãtur. Quæ autem Chremylus & Carion, quaſi vices alternantes de meretricibus Corinthijs, ac de aliis impuris dicunt, vbi ordine recenſent, quas ſecum ferant commoditates diuitiæ; ea', vt bonorum auribus indigna prætermiſi.

Chr. Ἐπεὶ αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί.

Quoniam non appetunt argentum boni.

Reg. Veriſſimum de illis, quorum vera, & germana non perſonata bonitas eſt. Sed hoc loco, quemadmodum apparebit ex iis quæ ſequuntur, eos intelligit, qui ſpeciem præferunt bonitatis, re autē vera ſunt eiuſdem cēturiæ, in qua primas tenet auaritia.

Chr.

Chr. Ο μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς.

Αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀργύριον αἰτεῖν ἴσως,

Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.

Alius equum generosum: alius vero canes venaticos:

Cum præ pudore fortè non sustineant petere pecuniam:

Vocabulo prætegunt improbitatem.

Reg. Libet hoc loco me supra mea pensa attollere, & à superciliosis vapulare, ne sordiduli abeant intacti: qui magistratibus vel ad libidinem, vel ad questum abutuntur: nihilo tamen secius bonorum virorũ sibi nomina adsciscunt: & in summa auaritia nomen affectant liberalitatis. Horum technam oculis subiciam: sunt non pauci, quibus si aurum, argentumue quis offerat dono, adspectu toruo, tristiq; seueritate excipitur: iubetur è medio abire, vt qui iudicis fidem ac religionem attentare velit. Huic limen uix dum egresso adornatus præsto est interpres, qui alia munera afferre iubeat, auro contra fortasse paranda: magistratibus pecuniam accipere non

licere per religionem.

Alij more medicorũ, seriò negant sese accepturos: interea tamen post terga reiectã porrigunt manum. Id Græci ἀκκίζειν, dicunt, Latini Accissare. Ductum à muliercula, cui nomen Acco: quæ verbo negligebat, re vera sibi dari pecuniam gestiebat. Huiusmodi sunt circumforanei chirurgi, qui ægros se gratis promittunt curaturos: mercedem nullam paciscuntur. Isti verò hirudines ęrarij ad ossa vsq; deuorãt, quos nacti sunt decumbentes: idq; eo artificio, vt non sentiant, quantam rei familiaris iacturam faciant, quorum res agitur. Paullatim munusculis feriuntur: minutula pluuia imbrem (quod aiunt) illis parit. Tamdem, quod magis miserãdum, ad nauseam vsq; saturi, & largitionibus defatigati religioni habent, petẽtibus quidquam negare. Huc adde quod etiam, quæ est impudentia, vita functis se reddere spirandi facultatem posse iactitant. Ea lege curandos accipiũt ægros, vt pharmacis tantum emendis numerent pecuniam: operam deferunt gratuitam. At, bone Deus, quasi ab extrema

In-

India sint allata, tam magno cõstant pharmaca; quibus emendis perpetuò aperta sit crumena est necesse. Vt longè minoris cõstatura fuisset opera mercenaria, etiam auarissimè statuto pretio. Me ipsum docuit experientia; mihi hæc referenti, etiam nunc suspirans in imo nummus (vt inquit ille) refricare cicatricem videtur.

Chr. Τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ καὶ σοφίσματα
Εν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἔσθ᾽ εὑρημένα:

Artes verò omnes per te & sophismata
Inter homines sunt inuenta.

Interp. Artes, quales machinationes, mechanicæ, nauium structuræ. Technæ dicũtur hominum sophismata, qualis æraria fabrica, & architectura. Ars etiam dicitur conatus & dolus. Sophismata autem dicit disciplinas, quæ verbis exercentur. *Reg.* Hæc ad illud vulgare pertinent: pecunia venalia sunt fere omnia. Huc refer etiam illud Philippi Macedonum Regis: qui negabat vllam ciuitatem adeò esse munitam, quæ non posset expugnari, modo asinum auro onustum intromitteret. Idem sentiunt poëtæ, de Danaes pudicitia imbre aureo expu-

gnata. Comico more perstringit eos, qui studia & conatus omnes ad opes quoquo modo corradendas conferunt: qui felicitatem in rerum copia constitutam habent. Per sophismata autem lubens intellexerim tergiuersationes & cauilla caussidicorum: (sit habitus honos bonorum auribus) qui, vt litem lite serant, & in longũ protrahãt, multa comminiscuntur, quibus actorem eludat reus. Dicta maiorum refellunt, scripta inuertunt, distorquent, corrumpũt (vt in pandect. Budæus ait) verborum aucupia, syllabarum tendicula, litterarum decipulas excogitant. Illi studiorum fructum non ex scientia, ex æquo & bono, sed ex stipe aduocationum, & capturis rerum iudicandarum petunt. Itaq; honestissimis & pulcherrimis artibus ad sordidum lucrum abutuntur. Sed quid horum præstent aculeata sophismata, & artificiosæ captiones, quantum publici & priuati, afferant damni, exemplo planum faciam, cuius ego testis oculatus. Paucos abhinc annos, meæ nationis homo, summa integritate, animiq; candore præditus, ædes con

duxerat à quodam piſtore in pago decem milliaribus Mediolano diſtante: pretium conductionis 40. denarii erant. Oboritur neſcio quid inter eos cõtentionis, Germano pecuniã ſe adnumeraſſe, dicẽte, piſtore ſe accepiſſe, negante. Conſtituitur iudiciũ: paratur hinc inde aduocatio. Quid multa? Ducitur in annos controuerſia. Tamdem vterq; litigantium feſſus, impendijs exhauſtus & auaritiam aduocatorum pertæſus, quærunt arbitrum, à cuius ſententia nõ ſit prouocatio. Conclamatur: ſubducuntur accepti, & expenſi rationes. Deniq; cauſſa inferior diſcedit Germanus: eidem lis æſtimatur. Multatur decem coronatis, quibus impenſam ſarciat piſtori. Quid de eo videtur? Germano perierant in ea lite ſeptingẽti coronati: piſtori amplius mille quingentis. E tanta ſumma redierant decem ad actorem. Reliquum nonne vtriuſq; patronus ad ſeſe in domeſticum ærarium videtur ſeuocaſſe? Hæc qui conſiderat, audiens erit dicto illi comico, qui ſic loquitur:

Fratrem conueniam: is quod hac de re mihi dederit conſilÿ, id ſequar.

Horum verborum sensum hunc esse puto: virum bonum consulatm: illius arbitrio rem omnem permittere malo, quàm lites sectari. Hac ratione coruos deluserit hiantes.

Chr. Ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται.

Alius vero in adulterio deprehensus, tua caussa vulsuram patitur.

Reg. Hoc loco me iubet honestatis amor, & verecundia, præterire multa, quæ interpres in hunc locum, de pœna scripsit, quæ apud Athenienses adulteris fuerit statuta. Quæ ἀποραφανίδωσις, id est, pœna raphani dicebatur. Eam pauperes pendebant deprehensi, qui pecunia se redimere nequibant. Hanc ipsam Pythias apud Terentiũ ait, senem minitari Chæreç, in domo Thaidis deprehenso. Quo loco, qui virilium amputationem significari putant, in re litteraria peregrinantur. Cum enim Athenis rem agi fingat Terentius, illi pœnæ sit obnoxius, necesse est, quam Athenienses statuerint, si quis deliquerit. Plura qui cupit è lexicis petat: vel ex hoc ipso autore, atq; eius interprete. Videnda dictio ἀποραφανίδωσις:

&

& verbum ῥαφανιδόω.

Car. Ἐκκλησία δ᾽ οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται;

Nonne per hunc aguntur comitia?

Interp. Vt pecuniæ parandæ ratio inueniatur: concionem enim ideo aduocamus, populumq́; congregamus, vt vel propriũ, & priuatum quid seruemus: vel vindicemus nobis aliena, & pro nostris asseramus. Criminatur autẽ tres obolos (quę merces erat iudicis) Atheniensium, in ambitiosa vincendi contentione. *Reg.* Atheniensiũ, auaritiam etiam his verbis taxat. De illis enim idem sentire videtur, quod Cicero 2. phil. obiicit Marco Antonio.

Domi tuæ, ait, turpissimo mercatu omnia erãt venalia.

Chr. Τί δέ; τὰς τριήρεις οὐ σὺ πληροῖς εἰπέ μοι;

Quid autem? Nonne tu triremes imples? dic mihi.

Interp. Triremium enim & classis præfecti diuites, plures alebãt nautas, & eo pacto naues implebant: pauperes verò nequaquam. *Reg.* Etiam hoc ad laudem pertinet diuitiarum: sine quibus neq; triremes, neq; aliæ naues parari & mercibus onerari possunt.

Chr Ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται;
Car. Ὁ Βελονοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου;
Chr. Ἀργύριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;
Car. Φιλέψιος δ' οὐχ ἕνεκα σου μύθους λέγει;

Nonne Pamphilus huius caussa lugebit?
Nonne Belonopoles simul cum Pamphilo?
Nonne Argyrius propter hunc pedit?
Nonne Philepsius tua caussa fabulas narrat?

Interp. Pamphilus hic & Belonopoles ambo fœneratores Athenis erant. Vbi autem dicere debuit, diuites sunt, dixit, lacrymabuntur. Pamphilus autem populo inseruiebat, & quasi reip. administrator, populi studiosus, interea publicam pecuniam in priuatam domum ad se vocabat. Tamdẽ in peculatu deprehensus, ex vrbe publicè eiectus & proscriptus est: hanc dedit pœnam. Quidam verò Belonopolen aiunt fuisse Pamphili parasitum: Pamphilo autẽ rebus pessum euntibus, eamdem infelicitatem subire coactum, eiusdem fortunæ participem & calamitatis socium. Argyrius hic Atheniensis, vsq; adeo infamis mollitie, vt etiam ventris crepitum palàm emitteret. Pedit aũt dixit Aristoph. pro intem-

peran-

peranter agit, atq; lasciuit propter rerũ affluẽtiã. Philepsius, cum pauperculus esset, fabulis & historiis in publico recitandis vitam tolerabat. Vituperatur autem, vt mõstrosus & loquax; quemadmodum Plato comicus. *Reg.* Ad ea, quæ hactenus interpres, adde: enumeratio Chremyli & Carionis hoc agit, vt ostendat, omnium vota ruere ad Plutum. Fœneratores Pluti caussa lugere dicunt. Nempe vbi cum accessione sors periit. Tunc demum serio dolet auarus, cũ pecuniæ facta est iactura. Quod autem Carion dicit; fore vt cum Pamphilo lugeat etiam Belonopoles, id specie prouerbiali commodè vsurpari poterit: cum copiæ diuitis alicuius in angustum coactę, vel prorsus accisæ sunt, qui assentatorem domi alere consueuerat: ille fortunæ vicissitudinem, & opes luget amissas: hic sublatas delicias, & genium defraudatum. Rectè dicemus, cum Pamphilo luget Belonopoles, scilicet, diues decoxit, & assentatori, qui in illius gratiam dicere & facere cõsueuerat omnia, alij quærendi sunt lares. Quod de Argyrio, referendum ad illos, qui in re lauta insolenter agunt: & propter a-

abundantiam fortunæ ſibi omnia licere putant: dum plenis ſinibus, quod aiunt, nauigant, ęquum & bonum poſt terga reiiciũt. Etiam hinc elicio figuram prouerbialem in diuitem inſolentem & honeſtatis contemtorem. Is dici poterit Argyrius pedens. De Philepſio quæ dicuntur, ad pauperculum pertinent, qui fortunæ tenuitatem induſtria penſat, & arte corrigit. Tales ſunt ſcurræ circumforanei, & alij, qui in triuio chartaceas imagines vẽdunt, atq; eo quęſtu victitant. Adagium erit huiuſmodi Philepſius Pluto narrat fabulas. Id eſt, homo pauper pecunię cauſſa dicit & facit omnia. Præcipuè autem accommodari poterit ad loquaces illos ſcurras, qui fabuloſis narratiunculis frequentem in foro populum detinent.

Chr. Τὰ δὲ πράγματ' οὐχὶ διὰ σὲ πάντα πράττεται;
Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος,
Καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι.

Omnia negotia nonne per te perficiuntur?
Solus enim tu es omnium cauſſa,
Et malorum, & bonorum: vt ſcias.

Reg. Chremylus, quaſi epiphonemate

claú-

clausurus orationem, hæc profert. Sensus est, quidquid vel boni, vel mali in humanis, oritur ex diuitiis, diuersis licet rationibus. Bona ex illis oriri, Horatius videtur ostendere his verbis.

Magnum pauperies opprobrium: iubet
Quiduis & facere & pati.
Virtutisq́; viam deserit arduæ.

Hinc ego ex oppositorum lege, & natura colligo, diuitias ea pręstare, ad quæ pauperies obstruit aditum. Monent etiam sacri doctores, instrumenta virtutum esse opes: quod exemplo probant liberalitatis. Nihil prodesse liberalitatem homini fortunæ bonis carenti: cum indigentibus opem ferre nequeat. Malorum easdem esse caussas, nemo nescit. Nisi fortè quis malit dicere, tantum secundum positionē id esse verum. Et si hominem opulentum & scelerosum, propter opes criminemur, in eo fallaciam esse secundum non caussam, vt caussam. Ex rerū tñ abundantia, luxus, è luxu malorū Ilias, & omne flagitiorum genus.

Chr. Ως' ουδὲ μεςός σου γέγον' ουδεὶς πώποτε.
Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐςὶ πάντων πλησμονή.

Itaq́;

Itaq; nemo umquam tui ad satietatem plenus fuit.

Aliarum autem rerum omnium satietas est.

Interp. Iuxta Homericum illud:

Omnium rerum satietas est & somni, & amoris.

Reg. Huc refer etiam illud.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Hominum auaritiam & habendi cupiditatem notat. Virgilius interrogatus ab Augusto, num quid esset in rerũ natura, quod hominibus satietatem non adferret; respõdit, nihil, præter rectè intelligere. Omnis enim eò natura fertur homo, vt intelligere ac scire possit: scilicet rerum caussas: Aristotelicum est.

Chr. Ερωτος. καρ. ἄρτων. χρ. Μουσικῆς. καρ. τραγημάτων.

χρ. Τιμῆς. Καρ. πλακούντων. χρ. ἀνδραγαθίας. καρ. ἰσχάδων.

χρ. Φιλοτιμίας. καρ. Μάζης. χρ. στρατηγίας. καρ. φακῆς.

Chr. *Amoris.* Car. *panum.* Chr. *musices.* Car. *bellariorum.*

Chr. *Honoris.* Car. *placentarum.* Chr. *uirilita;*

litatis. Car. *caricarum.*

Chr. *Gloriæ.* Car. *panis nautici.* Chr. *pratu-ra.* Car. *lentis.*

Inter. Seruus ea dicit, quæ ad ventrem pertinent: vt quæ iucunda & grata ſint, in comœdiam proferat, atq; ſeriis & laudabilibus, quæ dixerat herus, admiſceat. Quæ poſt conuiuium menſæ imponuntur, tragemata (Latinis bellaria) vocantur. Hinc parœmia, è bellarijs conuiuium. In eos, qui è paruis magna admirantur. Hactenus interpres. *Reg.* Lepos eſt in diuerſorum ingeniorum contrarijs ſtudijs. Herus ad virtutem, ſeruus, cui animus in patinis, ad culinam reſpexit. Atq; hinc lepida ſingulorum commemoratio: quaſi viciſſim ſuas vterq; canit voluptates. Huc ſi parodiam Syri Terentiani referas, non offendet aures concentus: eſt autem in Adelphis, & ad hunc modum ſonat.

Demea. *Inſpicere, tamquam in ſpeculum, in uitas omnium*
Iubeo: atq; ex alijs ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. Sy. *rectè ſanè.* Dem. *hoc fugito.* Sy. *callidè.*

Dem.

Dem. *Hoc laudi est.* Sy. *isthaec res est.*

Dem. *Hoc vitio datur.*

Syrus ludendi occasionem nactus, parodia, quasi plectro respondet succentiuo.

Conseruis ad eumdem isthunc præcipio modũ.
Hoc salsum est: hoc adustum est: hoc lautum
est parum.
Illud recte: iterum sic memento. Sedulò
Moneo, qua possum, pro mea sapientia. (mea,
Postremo, tãquã in speculum, in patinas, De-
Inspicere iubeo, & moneo, quid facto vsus sit.

Itidem hic Demea, quæ ad mores pertinent formandos, enarrat: Syrus genio prędicat & palato. Sed obiter notandum quod sapientia Syri non est mentis & animi, sed palati. Vbi enim ait, pro mea sapiẽtia, id accipiendũ, pro meo gustu, vt meũ palatum saporem sentire potest. In eo nõ nihil ioci cum non transfertur sapientię significatio ad intellectum: sed in suo manet domicilio.

Chr. Σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε.
Ἀλλ' ἢν τάλαντά τις λάβῃ τρισκαίδεκα,
Πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα.
Κ' ἢν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται:
Ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὑτῷ τὸν βίον.

Tui

Tui autem nemo satur umquam fuit.
Sed si quis tredecim acceperit talenta,
Multo magis sedecim auferre cupit.
Si etiam hæc perfecerit, quadraginta vult:
Vel negat sibi vitam esse vitalem.

Reg. Interpres in examinanda compositione vocum tantum hic est occupatus: ego meum vrgeo institutum. Pergit Aristophanes sub persona Chremyli sordidos & auaros insectari: quos Horatius imperiosè castigat his verbis.

Certum voto pete finem.

Cicero in Paradoxo, cui titulus

ὅτι μόνος σοφὸς πλούσιος.

.i. *Quòd solus sapiens diues.*

Improbi autē, & auari, quoniam incertas, atq; in casu positas possessiones habēt: & plus semper appetunt: nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui, quod quæsisset, & quod haberet, esset satis: non modo non copiosi, ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi. Hæc Cicero: atq; his verbis, quod in Marcum Crassum, hominem ditissimum scripsit paradoxon, clausit. Libet hoc loco audaciæ meæ exē-

plum

plum adſcribere, & oſtendere, quo pacto Ciceronis paradoxon ad familiarem vſum translatum in diuites imperitos detorſerim. Interceſſit mihi diuturna & iucunda conſuetudo cum FABIO, & PAVLLO, fratribus Bellonis: quos ego vbi nomino, magna videor mihi nominare ingenia. Hi adoleſcentes à prima ætate diſciplinis addicti ita ſemper fuerunt, vt ſi quem nacti eſſent, qui in re litteraria præſtare aliquid poſſet: quiq; certis niteretur rōibus, & fūdamētis: quique adeo expeditè & rectè enunciaret animi ſenſum: præſertim ſi Græcæ, & Latinæ linguæ peritum intelligerent: non labor, non difficultas, non ſumtus vllus impedire poterat, quò minus ætatem perpetuò cum illo agerent. Ab illius ore pendere, locos intellectu difficiles explicandos proponere: identidem quæſtionibus vrgere. Euenit fortè, vt neſcio quis amico erga me animo, diceret me eſſe in rerum natura, hominem eruditione non vſq; quaq; contemnenda. Id vbi illis auditū, ad me recta via, neq; internuncio, neq; interprete uſi: cœperunt odorari neſcio quid, quod

face-

faceret ad palatum. Quid plura? placui: cæptum eſt inter nos agi familiariſſime. Vbi autē apophthegmatis & dicteriis homines imperitos & faſtoſos à me tangi audierunt: ibi videres vndiq; adduci ſtudioſos adoleſcentes, quibus communem facerent litterariam eam conſuetudinē. Inter alia ſalsè, vt illis videbantur, dicta, virum quemdam nobilem & opulentum, ſed imperitum, qui in cōuiuio ingenij ſtuporem detexerat, pauperculum nominaui: aderat eiuſdem ingenij & doctrinæ alius: cui meæ fortunæ tenuitas notiſſima erat: is, vtinam, reſpōdit eadem te paupertas premeret, quæ illum, quem tu pauperculum temerè vocas. Ad hæc ego ſeriò, & quaſi iure iurando negaui me perſonam cum illo commutaturum, ſi per ordinem naturæ liceat. Id audientes Belloni, ſuſpicati ſubeſſe quid rationis, contendere certatim cœperunt, vt ſi quid latitaret in ſeceſſu, ediſſererem. Ego Ciceronis paradoxon protuli.

Res abiit in iocum et riſum: ſed ex eo tempore, ſi quem per iocum dixiſſem pauper-

E culum

culum, derisioni planè erat: sæpe etiam euenit, vt è medio abiret, quasi insigni quadam contumelia proscissus. Hæc illa est imitatio Ciceronis, quam adscribere volui propterea, quòd vt mihi quidem videtur, & vt multis emunctæ naris hominibus visum, non omnino frigida est, & insulsa.

Chr. Νὴ τὸν δί' ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες, ὡς
Δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος. Πλ. ἥκισ' ἀλλά με
Τοιχωρύχος τὶς διέβαλλ'. εἰσδὺς γάρ ποτε
Οὐκ εἶχεν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδὲν λαβεῖν.
Εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλεισμένα.
Εἶτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν.

Chr. *Per Iouem. Sed dicunt etiam omnes q*
Timidissimum quiddam sit Plutus. Pl. minimè sed
Fur quispiam parietum perfossor me calumniatus est.
Ingressus enim aliquando in domũ, nihil ibi quod surriperet, habuit.
Omnia enim offendit bene clausa.
Hinc factum, vt prudentiam meam vocaret formidinem,

In-

Interp. Diuites dicuntur formidolosi: quòd anxij & solliciti sint de opibus. Alludit autem ad Euripidem. Ille enim ait: Plutus verò malum est, & miserum, & formidolosum. Diuites magni faciunt custodiã & diligentiam, qua res in tuto collocãtur. Quidam etiam comicus ait: quidnam est aurum pallidum? semper timet insidiantẽ. Opulenti enim semper timidiores fiũt, veriti ne furtiuis manibus subducantur opes. Hactenus interpres. *Reg.* Confer exemplũ ex Aulularia Plauti: vbi Euclio de olla auro referta, in terram defossa sollicitus, sic loquitur.

Neu persentiscat, aurum vbi est absconditũ,
Quæ in occipitio quoq; habet oculos pessima.
Nunc ibo, vt visam, sitne ita aurum, vt condidi.
Quòd me sollicitat plurimis miserum modis.

Idẽ Paullò post edicit aniculæ, ne quẽquam in ædes intromittat, his verbis.

Abi intrò: occlude ianuam: iam ego hic ero.
Caue quemquam alienũ in ædes intromiseris.
Quòd quisquam ignem quærat, extingui volo.

Ne caussa quid sit, quòd te quisquam quaeritet.

Et mox subdit.

Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quae vtenda vasa semper vicini rogant:
Fures venisse, atque abstulisse dicito.

Idem.

Discrucior animi: quia ab domo abeundum est mihi.
Nimis hercle inuitus abeo, si quid agam, scio.
Nam noster nostrae qui est magister curiae,
Diuidere argenti dixit nummos in viros.
Id si relinquo, ac non peto, omnes illico
Me suspicentur, credo, habere aurum domi.
Nam non est verisimile hominem pauperem.
Pauxillum parui facere, quin nummum petat.

Habes hic imaginem hominis sordidi, & thesauris timenti. Habes item argumentum quo ditiorum formidinem facilè probes. Euclionem vocat Plautus: nomine à claudendi studio deducto. Sed de nominum ratione, quae apud Plautum, breui habiturus es opusculum fortasse non ingratum.

Chr.

Chr. Μή νῦν μελέτω σοι μηδέν. ὡς ἐὰν γένη
Ἀνὴρ πρόθυμος αὐτὸς εἰς τὰ πράγματα,
Βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ λυγκέως.

Nulla de re sollicitus sis: quia si fueris
Vir promtus ipse ad res gerendas,
Ostendam te acutius videre Lynceo.

Reg. Interpres in hunc locum multa de Lynceo, filio Aegypti: vbi diuersos ait fuisse Lynceos. Tu vnum hoc nota prouerbiũ: Lynceo perspicacior. Quod non tantum ad oculorum, sed etiam ad ingenij ac mentis aciem referendum est. Dicitur enim de sagaci & perspicaci, qui oculos (quod aiũt) in occipitio gerat: cui non facilè fiat impostura: qui nõ modo quæ ante pedes, videt: sed etiam, quæ futura sunt, prospicit.

Chr. Ἔχω τίν' ἀγαθὴν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπέ μοι
Ὁ Φοῖβος αὐτὸς, πυθικὴν σείσας δάφνην.

Bonam aliquam spem habeo, ex quo dixit mihi
Phoebus ipse, Pythicam quatiens laurum.

Interp. Prope tripodem fuisse laurum dicunt: quã reddens oracula vates quatiebat. *Reg.* Eruat hinc adagiũ, si cui libeat: vel ẽt scõma. Adagij speciem præferre poterit: si vsurpetur in virũ grauẽ sapientia præditũ:

qui nihil temerè, nihil ſcurriliter, ſed ſapiēter, & verè omnia pronunciat, quæ ad decus & commodum pertinent, tum priuatum, tum publicum. Qui ſummo iudicio de rebus ſtatuit gerendis. De eo dicatur: πυθικὴν ἔσεισε δάφνην, pythicam quaſſit laurum: id eſt vera vaticinatus eſt: non veriora locutus Apollo. Scomma erit, ſi dicatur in eum, qui, cum inepta & inſulſa protulerit, grauiter & ſapienter ſe locutum exiſtimet. Is audiat hanc ironiam, pythica laurus ab eo concuſſa.

Chr. Πολλοὶ δ᾽ ἔσονται χ᾽ ἅτεροι νῷν ξύμμαχοι·
Ὅσοις δικαίοις οὖσιν, οὐκ ἦν ἄλφιτα.

Multi autem nobis erunt coadiutores:
Quicumq; cum ſint iuſti, non habent farinā.

Interp. Pro pecunia, & opibus, farinam dixit, à parte totum ſignificans: per farinā enim intelligit opum affluentiam. Vel ab eo, quod præceſſit, id quod ſequitur. *Reg.* Prouerbium vulgare: Nihil ad farinas. Itē verba ſine penu & ſine farina. Quo vtimur, cum oſtendere volumus, inutilia eſſe neq; ad rem familiarem facere, quę dicuntur, vel aguntur. Nota etiam, quod Chremylus

mylus ait.

Τοῖς δικαίοις οὖσιν, οὐκ ἦν ἄλφιτα:

Qui iusti erant, farina carebant.

Referas ad viuendi & loquendi consuetudinem ætatis nostræ. Sensit enim seniculus, rarò sine fraude ac impostura parari opes. Huc quadrat illud Italorum. *Chi ha paura del diauolo non fà robba.* Quorum verborum sensus est: quem copia rerũ delectat, is neq; de religione atq; fide sollicitus est: neq; quid saluo officio fieri possit, quæritat. Sed ne quid mussitem, ex communiter accidentibus, colligunt quasi necessarium. In eo error.

Car. Καὶ δὴ βαδίζω. τοῦτο δὲ κρεάδιον.

Τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

Equidem vado. Hanc autem carunculam

Eorum aliquis auferẽs tollat, qui sunt intus.

Interp. Qui à sacrificiis redibant, ex illis auferebant quædam domesticis suis, secũdum legem. *Reg.* Induat & hoc naturam dicterij, in furacitatem seruorum, qui abeũtes & redeuntes furantur. Et si quando illo ipso articulo vocantur ad herilia mandata, quo manibus quidpiam furtiuis con-

trectare cœperant, furti consciis id tradunt seruandum, quoad perfuncti sint mandato. Idipsum quod abstulerant, per allegoriam caruncula dici poterit. Vsus igitur erit: cui carunculam dabis seruandam? hoc est, quisnam tibi furti socius erit, qui te occultum habeat, ne manifesto tenearis?

Chr. Εμοὶ μελήσει τοῦτόγ'. ἀλλ' ἀνύσας τρέχε.

Hoc mihi erit curæ. Sed tu currens perfice.

Reg. Vsurpari poterit, cum vrgere quempiam volumus, vt, quod præ manibus habet, perficiat: neq; de aliis sit sollicitus. Dicamus: tu hoc age quod cœpisti: reliqua meæ curæ sunto. Itali: *Attendi al fatto tuo, lascia l'impaccio à me del restante.* Chremylus seruum alloquitur, magis de seruanda caruncula, quàm de popularibus ad Plutum conuocandis sollicitum: hinc etiam naturam inspice seruorum, qui sibi, non dominis suis student. Iussus conuocare agricolas Carion, vt Pluti fierent participes operam dat carunculæ.

Chr.

Chr. Σὺ δ' ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων,
Εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'. ἡ γὰρ οἰκία
Αὕτ' ἐστὶν, ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον
Μεστὴν ποιῆσαι, καὶ δικαίως, κ' ἀδίκως.

Tu verò ò optime Plute omnium deorum inferorum.
Huc mecum ingredere. Hæc enim domus
Ipsa est, quam te oportet hodie implere
Opibus, per fasq; nefasq;.

Interp. Optime, dicit, laudans eum scilicet: vel quòd ante docuerat, Iouem ipsius beneficio Dijs imperare. Nefas autem simpliciter ac temerè inseritur: quasi dicat, omni arte, quauis ratione. Non enim subaudiendum, ipsum esse iniustum. Nec verò minaciter, sed blandè monet. *Reg.* Perstat in sententia, ad opulentiam adspirans Chremylus: optimum enim deorum Plutum nominat: à quo domum suam diuitiis impleri cupit, quo iure, quaq; iniuria. Hoc agit nempe: vt summum bonum se putet adeptum, si beneficio huius Dei, ærarium auro, & argento refertam habere cõtingat. Aristoph. notat Atheniẽses: tu nr̃æ ætatis harpyias notari puta. Nihil erraueris

Plut.

Plut. Ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιὼν νὴ τοὺς θεούς,
Ἐς οἰκίαν ἑκάστοτ' ἀλλοτρίαν πάνυ.
Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.
Ἢν μὲν γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω,
Εὐθὺς κατώρυξέ με, κατὰ τῆς γῆς κάτω.
Κ'ἄν τις προσέλθῃ χρηστὸς ἄνθρωπος φίλος,
Αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον,
Ἐξαρνός ἐστι, μηδ' ἰδεῖν με πώποτε.
Ἢν δ' εἰς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω,
Πόρναισι καὶ κύβοισι παραβεβλημένος,
Γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ.

Sed valde discrucior, per deos, ingressus
In domum alienam vbivis.
Nihil enim boni illic vmquam aßecutus sum.
Si enim in auarum fortè incido,
Continuò me defodit in terram.
Et si quis amicus, vir bonus acceßerit,
Cupiens auferre tantulum argenti,
Negat vmquam me sibi visum.
Sin autem ad insanum ac stupidum deuenio,
Meretricibus & taxillis obiectus,
Breui tempore nudus eijcior foras.

Interp. Immoderatam notat auaritiam: quæ diuitiis etiam viros bonos & amicos postponit. *Reg.* Græci & Latini nominis

ra-

rationem obſerua, quam etymologian vocant. Parcus & auarus, Græcè dicitur φειδολός: quod à φείδομαι duci monet interpres: id eſt, parco, abſtineo, par[illegible]go, & δοῦναι, quod eſt, dare. Vide quā [illegible]gruens illis vocabulum, qui nummum vertunt, & inuertunt ſexcenties, antequā, vel emant, quibus opus habent, vel reddant, cui debetur. Latinis auarus eſt, quaſi auidus æris. Quòd autem Plutus conqueritur, nihil vtilitatis, damni plurimum ſe tuliſſe ex ingreſſu ædium alienarum, id ita ſe habet: vel enim in auarum ait, ſe incidiſſe, vel in prodigum. Ab auaro defodi in terram: à prodigo deſtitui nudum, atq; eiici foras. Huc quadrat illud: idē peccant prodigus & auarus: quia neuter rebus rectè vtitur. Obſerua etiam, nihil mediocre in humanis eſſe: perpaucos viam virtutis inſiſtere. Id Plutus ſentit, cum ab vno ſe defodi, ab altero proiici, & in turpē vſum verti querit. Sed de prodigo Diogenis apophthegma adſcribere, fuerit operæ pretium. Is cum à prodigo minam petiiſſet, atq; ille improbam petitionem miratus rogaſſet,

cur

cur minam à se peteret, qui ab aliis obolum petere consueuisset: quoniam, inquit, ab aliis iterum accepturum me spero: à te verò an vmquam posthac sim accepturus Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. In genibus deorum positum est. Idem Diogenes eos, qui per luxum in coquos scorta & adulatores suas facultates profunderent, similes dicebat esse arboribus, per præcipitia nascentibus: quarum fructus homo non gustaret, sed à coruis & vulturibus ederentur.

Chr. Ἀλλ' εἰσίωμεν, ὡς ἰδεῖν σε βούλομαι
Καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν υἱὸν, τὸν μόνον,
Ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ. Πλ. πείθομαι
Χρ. τί γὰρ ἄν τις οὐχὶ πρὸς σὲ τ'ἀληθὲς λέγοι;

Sed ingrediamur: volo enim te videre.
Et vxorem, & filium vnicum,
Quem ego maximè diligo post te. Pl. *credo.*
Chr. *Quis enim tibi verum non diceret?*

Inter. Non vt plutus videret vxorem, & filium: sed vt illi Plutum. Credo, inquit Plutus, quasi ad gratiam loquens: ait enim scio te pluris facere Plutum, quàm filios.

Reg.

Reg. Duo hoc loco sunt notanda. Alterũ, quòd hominum more loquitur Chremylus: qui mos hodie viget maximè: vt posthabeantur diuitiis, etiam filij: quos lege naturæ chariores omnibus fortunis habere debemus. Alterũ, quòd inquit, quis tibi non dicat verũ, cui autoritatem dederunt opes? Scilicet coram viro bene nummato nefas dicere mendacia: cum alioqui leue sit ac vulgare, in iudicio veritatem peierando opprimere. Adde etiam, si lubet, tertium. Volo, inquit vxor te, & filius meus videat. Confer illud Horatianum.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum:
Virtus post nummos.

Plutum monstrat filio, diuitiarum datorem: de bonarum artium cognitione, de honesta viuendi ratione somnium. Vt nũc sunt res humanæ. Vbi tantulum pecunię erogandum, obolus impendendus, vt filij moribus & disciplinis imbuantur, tunc, quasi ad restim reditura res sit, tragœdias excitant: queruntur: detestantur virtutes, virtutumquę assecla, & custodes.

Hinc fit, vt plurimi filij à parentibus prauæ educationis sumant pœnas: modo ex ędibus exturbantes, modo pulsantes, modo omni genere contumeliæ lacerantes: nec his contenti, non rarò etiam ante diem è viuis migrare cogunt: vt per fas & nefas cōgesto frui possint aceruo: in quo omnes rationes, omnem spem positā semper habuerunt. Atq; hoc ferre solent improbitatis & stultitiæ præmium, virtutis contemtores,

Car. Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν θύμον φαγόντες.

O diu eamdem cepam hero comedentes.

Interp. Eamdem cepam, pro eiusdem paupertatis consortes. Quidam autem aiunt, Aristophanem, quasi per parodiam imitari Hesiodum.

Non quantum vtilitatis in malua & asphodelo.

Quasi dicat, O vos, qui iustè & frugaliter edere vultis, ne quem iniuria afficiatis. Simul verò terræ calumniatur asperitatē. *Reg.* Eamdem cepam comedentes, puto consimile esse illi, quod apud Terentium:

ò populares. Item illi, apud eumdem mei loci atq; ordinis hominem inueni. Vsurpari poterit de illis, quos eadem premit calamitas, eadem penuria, idē labor & ærūna.

Car. Ο δεσπότης γάρ φησιν, ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας
Ψυχροῦ βίου, καὶ δυσκόλου, ζήσειν ἀπαλλαγέντας.
Herus enim dicit vos omnes suauiter.
Vita frigida & difficili liberatos esse victuros.

Interp. Vita frigida, scilicet misera & calamitosa. Vel cōquerens de senectute hæc dicit, pro tenui ac vili. *Reg.* Vitam frigidā intelligo eorum, qui vel propter inopiam non possunt, vel propter auaritiam & sordes non volunt ignem accendere, quo opsonia coquantur. Cicero victum aridum, ac tenuem vocat. Itali, si quem sordidum notare volunt, qui ne sibi ipsi quidem coquere cibum audet, amore habēdi prohibitus, hoc vtuntur & lepido & salso dicterio: *La gatta li dorme sopra il fuocolaro.* Quibus verbis significant frigidum semper esse focum.

Car. Εχων ἀφῖκται δεῦρο πρεσβύτην τιν' ὦ πόνηροι
Ρυπῶντα, κυφὸν, ἄθλιον, ῥυσσὸν, μαδῶντα, νωδόν.
Huc venit, habens senem quemdā, o laboriosi,

Squa-

Squalentem, gibbosum, miserum, rugosum, caluum, edentulum.

Reg. Compendio recenset adiūcta, vel saltem communiter accidentia senectuti. Squalentem, propter neglectum corporis cultum: gibbosum, vel quod senio confecti curuantur: vel quod innitentes Scipioni, speciem præbent gibbosi: miserum, fortasse propter vitium, quod, vt ait Terētius, adfert hominibus senectus: vt attentiores ad rem sint, quàm sat est: & vt Cicero, quo minus viæ restat, eò plus viatici quærant. Caluum & edentulum cur dicat è philosophorum scholis petendum.

Chr. Ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν. πῶς φῄς πάλιν φράσον μοι.

O aurum nuncians verborum: quomodo dicis? rursus dicito mihi.

Interp. O diuitias verbis annuncians: vel, o honestissimum sermonem locute.

Reg. O aurea verba qui locutus es, denuo repete, quæ dixisti. Si quis ea nunciat, quę aliquid emolumenti sint allatura, eum figura prouerbiali dicemus aurum loqui. Quòd verò chorus vrget, vt iteret, quæ dixerat,

xerat, ad affectus referendũ illius, qui ſæpe lubens audit, quæ iucunda & grata ſunt; ſic apud Terentiũ, in Heaut. Menedemus crebrò repetit interrogationem de filio reduce: Meus Gnatus? Chr. Sic eſt? M. venit? C. certè. M. Clinia meus venit? Et apud Plautum multa eſt videre huiuſmodi. Aurum autem verborum alio ſenſu fortaſſe non illepido poſſit accipi. vt ſit, quomodo illud Plautinum: pro chartacea ſalutem argenteam ſibi mitti poſtulat.

(σωρόν.

Car. Πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔγωγ' ἔχοντα

Senilũ quidẽ malorũ ego habentem acervũ.

Subaudi, dico. *Interp.* Propterea quòd iſta ſenectutem ſequuntur. *Reg.* Quæcũq; ſenectus ſecum adfert incommoda, in hoc eſſe ait Carion. Terentius vſq; adeo ſenectutem morbis obnoxiam eſſe mõſtrat, vt ipſam eſſe morbum dicat. Senex .n. interrogatus, quo morbo laboraret, ſenectus inquit, ipſa eſt morbus.

Cho. Μῶν ἀξιοῖς φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι
Ἀζήμιος; καὶ τοῦτ' ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος;

An dignũ putas, vbi nos illuſeris, te diſcedere Impune? & hoc quidem me baculum habente?

Interp. Phenace, coma adulterina, & appoſititia: qua veluti remedio, ac velamēto vtuntur, apparente cranio, quibus defluxerunt capilli, mulieribus, & ſic fallunt coma appoſititia. *Reg.* Me baculum habente. Ruſticorum arma baculus. Ego hæc ad decorum comicum, artemq́ue Ariſtophanis referenda puto. Transferri etiam ad alia poteſt: vt, ſi quis abiectæ ſortis homo, ſupra conditionem ſuam ſe auſus efferre, potentiori vel magiſtratum gerenti ſe opponat. Audiat huiuſmodi caſtigationem: & hæc tu, me baculum tenente? Id eſt, tu homuncio, mihi faſces, inſignia magiſtratus, gerenti te audes opponere? φενακίζειν, autē Græcis eſt, inanibus rerum ſimulacris, ac veluti præſtigiis quibuſdam oculis imponere.

Car. Πάντως γὰρ ἄνθρωπον φύσει τοιοῦτον εἰς τὰ πάντα

Ἡγεῖσθέ μ' εἶναι, κοὐδὲν ἂν νομίζεθ' ὑγιὲς εἰπεῖν;

Prorſus hominem me natum ad omnia talem
Putatis eſſe: & nihil ſani ac boni dicere?

Interp. Verè enim putatis me hominē eſſe ea natura, qui nihil ex animo & verè loquatur. *Reg.* Interpretis verba ad naturā

per-

pertinent seruorum: qui nihil vmquam rectè dicunt, aut faciunt, nisi malo coacti, vel metu pęnæ absterriti.

Ch. Ὡς σεμνὸς οὑπίτριπτος. αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν
Ἰού. ἰού. τὰς χοίνικας καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι.

Vt religiosus ac seuerus iste sceleratus, dignus qui pedibus conculcetur: tibiæ tuæ clamãt Heu, heu, pedicas & vincula desiderantes.

Reg. Ironia in facinorosum, qui fingere vultum nouit, atq; grauitatem pręse ferre. Sic apud Terent. In verbis fides: tristis seueritas in vultu. Sẽsus est, q audit verba, verum credat dicere: adspectus grauitatem coniunctam cum probitate ostendit. Cetera, (vt est apud Maronem) Graius: nequã grauis: dignus qui infra mortuos ob flagitia deturbetur. Quòd verò crura clamant, heu, heu: quadrabit in scelestos, qui de maleficiis etiam sibi placent: & monitores cõtemnunt ac derident. Illis rectè dicetur: tibiæ tuæ clamant heu, heu: appetunt compedes. Huic cõfine videtur etiam illud Plautinum.

Hic homo suo iumento sibi malum arcessit.

Nescio an huc pertineat illud Italorum:

La forca fugge, e tu la vai cercando.

Car. Ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν.

Σὺ δ' οὐ βαδίζεις. ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

In tumulo nunc litteram sortitus te iudicare.

Tu autem nõ vadis. Charon autem signũ dat.

Interp. Dicendum erat, occasio præsto est, vt ditescatis: vos autem cunctamini. Seruus autem non ita dixit; sed deridere eos, vt senio confectos & propinquos suo fato volens, cauillatur iuxta consuetudinẽ Atheniensiũ in iudiciis ferendis. *Reg.* Multa interpres de iudiciis Atheniensium hoc loco: quomodo, scilicet decem tribus sententias ferre, litteras distribuere absolutorias, & condemnatorias consueuerint; tum quo pacto electis è tribubus virgam, nempe iudicandi Symbolum olim dederit prȩco. Sed quia nimis multa videbantur, lectorem ad autorem ipsum remittere placuit. Addam tantum hoc vnum eiusdem interpretis: pro eo, inquit ille, quod dicere debebat, in foro littera sortitò euenit tui iudicandi: & ob id tibi symbolum dat prȩco. Hic verò ludens eos, vt vetulos, ait, in tu-

mu-

mulo:& Charon ſymbolum dat, non præ-co. *Reg.* Sentiens ad metam properare, quorum ætas eſt præceps. Conueniet, cũ oſtendere volemus, ſenem breui moriturum: vt dicamus, Charontem dediſſe ſymbolum, vel ſignum: hoc eſt, receptui ceciniſſe. Sed hic non præteribo, quod prouerbio dicitur de ſene capulari, vt Plautus & Terentius vocat decrepitũ. Dicitur enim ſenſiſſe morſum Charontis. id eſt, ſigna adeſſe vicinæ mortis. Quod ego in meis adagiis de partibus corporis humani, & de functionibus earum, ita correxi: vt ſtatuam cerberi morſum, non Charontis eſſe dicendum. Rationẽ adſcripſi hanc: Charon fingitur eſſe homo: hominis autem neq; proprium, neq; conſequens eſt mordere: itaq; parum rectè ſenſit, quicumq; fuerit autor. Cerberus autem fingitur eſſe canis: canis autem propriè adiunctum, mordere. Hinc Cerberi morſum non Charontis ſenſiſſe dixi eũ, qui iam diſceſſum è vita propter ſenectutẽ minitatur. Hic non dubito, quin oculatos & emunctę naris homines habiturus ſim ſubſcriptores.

formatum, propterea quòd Bacchũ esset calumniatus : vel quòd præteriens asinos Bacchi contumelia affecisset: quo facto iratus bacchus, aures illi addiderit asininas. Alij quod grandes habuerit aures. Dicit autẽ Carion hyperbolicῶς, eos diuites esse futuros, quẽadmodum Midas. *Reg.* Sensus verborũ est; Midas eritis, si aures asininas adsciueritis: Scommate autẽ seruili, inquit, Midam æquabitis: neq; quidquam desiderabitur nisi aures asini, quales habuit Midas. Diuitijs illi pares eritis.

Car. Εγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ᾽ ἀνακυκῶσαν,
Η τοὺς ἑταίρους τοῦ φιλωνίδου ποτ᾽ ἐν Κορίνθῳ,
Επεισεν ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ᾽ ἐσθίειν, αὐτὴ δ᾽ ἔματτεν αὐτοῖς.
Μιμήσομαι πάντα τρόπον·
Υμεις δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας,
Επεσθε Μητρὶ χοῖροι.

Ego verò Circen illam venena permiscentem
Quæ socijs Philonidæ quondam Corinthi
Persuasit, quasi porci essent,
Pistum comedere stercus; ipsa verò eis pinsebat,
Imitabor omnibus modis.

Vos autem grunnientes præ studio voluptatis
Sequimini matrem porci.

Interp. Vbi dicēdum erat, ſociis Vlyſſis, dixit Philonidæ. Perſtringit autem Philoniden, vt diuitem, & paraſitos alentem: qui Laidis ardens amore, Corinthi agebat ætatem. Arguit eum, vt ſordidum & porcinis moribus, cum ſociis; quos hircos appellat. Laidem verò Circen vocat, quòd amatores faſcinabat. *Reg.* Reliqua, quæ in hunc locum ſcripſit interpres, vt parum ad inſtitutum noſtrum pertinentia prætermiſimus. De Circe autem quæ ſcribit Euſtachius in Hom. Odyſſ. x. operæ pretium videtur adſcripſiſſe. Eos, inquit deliniuit, poſtquam mala dederat pharmaca. Decebat. n. vt Circę, quę per allegoriā ſignat delicias, luxum, ac mollitiem, huiuſmodi naturæ adeſſent, rationis expertes, iracundę, rapaces: &, vt ſummatim dicā, immanes ac ferinæ. Et paullò poſt allegoriā exponit de herba Moly, per quā diſciplinas intelligendas eſſe docet: ſimiliter de Mercurio, qui adfuit Vlyſſi: per quē rationē ſignificari ait. Horū beneficio Circes effugim⁹ veneficia:

cum

formatum, propterea quòd Bacchū esset calumniatus : vel quòd præteriens asinos Bacchi contumelia affecisset: quo facto iratus bacchus, aures illi addiderit asininas. Alij quod grandes habuerit aures. Dicit autē Carion hyperbolicῶς, eos diuites esse futuros, quēadmodum Midas. *Reg.* Sensus verborū est; Midas eritis, si aures asininas adsciueritis. Scommate autē seruili, inquit, Midam æquabitis: neq; quidquam desiderabitur nisi aures asini, quales habuit Midas. Diuitijs illi pares eritis.

Car. Εγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν,
Η τοὺς ἑταίρους τοῦ φιλωνίδου πότ' ἐν Κορίνθῳ,
Επεισεν ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ' ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἐμάττεν αὐτοῖς·
Μιμήσομαι πάντα τρόπον·
Υμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας,
Επεσθε Μητρὶ χοῖροι.

Ego verò Circen illam venena permiscentem
Quæ socijs Philonidæ quondam Corinthi
Persuasit, quasi porci essent,
Pistum comedere stercus; ipsa verò eis pinsebat,
Imitabor omnibus modis.

Vos

Vos autem grunnientes præ studio voluptatis
Sequimini matrem porci.

Interp. Vbi dicēdum erat, sociis Vlyssis, dixit Philonidæ. Perstringit autem Philoniden, vt diuitem, & parasitos alentem: qui Laidis ardens amore, Corinthi agebat ætatem. Arguit eum, vt sordidum & porcinis moribus, cum sociis; quos hircos appellat. Laidem verò Circen vocat, quòd amatores fascinabat. *Reg.* Reliqua, quæ in hunc locum scripsit interpres, vt parum ad institutum nostrum pertinentia prætermisimus. De Circe autem quæ scribit Eustachius in Hom. Odyss.x. operæ pretium videtur adscripsisse. Eos, inquit deliniuit, postquam mala dederat pharmaca. Decebat.n. vt Circe, quę per allegoriā signat delicias, luxum, ac mollitiem, huiusmodi naturæ adessent, rationis expertes, iracundę, rapaces: &, vt summatim dicā, immanes ac ferinæ. Et paullò post allegoriā exponit de herba Moly, per quā disciplinas intelligendas esse docet: similiter de Mercurio, qui adfuit Vlyssi: per quē rationē significari ait. Horū beneficio Circes effugim⁹ veneficia:

cum

formatum, propterea quòd Bacchũ esset calumniatus : vel quòd præteriens asinos Bacchi contumelia affecisset: quo facto iratus bacchus, aures illi addiderit asininas. Alij quod grandes habuerit aures. Dicit autẽ Carion hyperbolicῶς, eos diuites esse futuros, quẽadmodum Midas. *Reg.* Sensus verborũ est; Midas eritis, si aures asininas adsciueritis. Scommate autẽ seruili, inquit, Midam æquabitis: neq; quidquam desiderabitur nisi aures asini, quales habuit Midas. Diuitijs illi pares eritis.

Car. Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ᾽ ἀνακυκῶσαν,
Ἣ τοὺς ἑταίρους τοῦ φιλωνίδου πότ᾽ ἐν Κορίνθῳ,
Ἔπεισεν ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, αὐτὴ δ᾽ ἔματτεν αὐτοῖς·
Μιμήσομαι πάντα τρόπον·
Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας,
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

Ego verò Circen illam venena permiscentem,
Quæ socijs Philonidæ quondam Corinthi
Persuasit, quasi porci essent,
Pistum comedere stercus; ipsa verò eis pinsebat,
Imitabor omnibus modis.

Vos autem grunnientes præ studio voluptatis
Sequimini matrem porci.

Interp. Vbi dicẽdum erat, sociis Vlyssis, dixit Philonidæ. Perstringit autem Philoniden, vt diuitem, & parasitos alentem: qui Laidis ardens amore, Corinthi agebat ætatem. Arguit eum, vt sordidum & porcinis moribus, cum sociis; quos hircos appellat. Laidem verò Circen vocat, quòd amatores fascinabat. *Reg.* Reliqua, quæ in hunc locum scripsit interpres, vt parum ad institutum nostrum pertinentia prætermisimus. De Circe autem quæ scribit Eustachius in Hom. Odyss. x. operæ pretium videtur adscripsisse. Eos, inquit deliniuit, postquam mala dederat pharmaca. Decebat. n. vt Circę, quę per allegoriã signat delicias, luxum, ac mollitiem, huiusmodi naturæ adessent, rationis expertes, iracundę, rapaces: &, vt summatim dicã, immanes ac ferinæ. Et paullò post allegoriã exponit de herba Moly, per quã disciplinas intelligendas esse docet: similiter de Mercurio, qui adfuit Vlyssi: per quẽ rationẽ significari ait. Horũ beneficio Circes effugimꝰ venesicia:

cum

formatum, propterea quòd Bacchũ esset calumniatus : vel quòd præteriens asinos Bacchi contumelia affecisset: quo facto iratus bacchus, aures illi addiderit asininas. Alij quod grandes habuerit aures. Dicit autẽ Carion hyperbolicῶς, eos diuites esse futuros, quẽadmodum Midas. *Reg.* Sensus verborũ est; Midas eritis, si aures asininas adsciueritis. Scommate autẽ seruili, inquit, Midam æquabitis: neq; quidquam desiderabitur nisi aures asini, quales habuit Midas. Diuitijs illi pares eritis.

Car. Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ᾽ ἀνακυκῶσαν,
Ἣ τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου ποτ᾽ ἐν Κορίνθῳ,
Ἔπεισεν ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ᾽ ἐσθίειν, αὐτὴ δ᾽ ἔματτεν αὐτοῖς·
Μιμήσομαι πάντα τρόπον·
Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας,
Ἕπεσθε Μητρὸς οἱ χοῖροι.

Ego verò Circen illam venena permiscentem
Quæ socijs Philonidæ quondam Corinthi
Persuasit, quasi porci essent,
Pistum comedere stercus; ipsa verò eis pinsebat,
Imitabor omnibus modis.

Vos

Vos autem grunnientes præ studio voluptatis
Sequimini matrem porci.

Interp. Vbi dicēdum erat, sociis Vlyssis, dixit Philonidæ. Perstringit autem Philoniden, vt diuitem, & parasitos alentem: qui Laidis ardens amore, Corinthi agebat ætatem. Arguit eum, vt sordidum & porcinis moribus, cum sociis; quos hircos appellat. Laidem verò Circen vocat, quòd amatores fascinabat. *Reg.* Reliqua, quæ in hunc locum scripsit interpres, vt parum ad institutum nostrum pertinentia prætermisimus. De Circe autem quæ scribit Eustachius in Hom. Odyss. x. operæ pretium videtur adscripsisse. Eos, inquit deliniuit, postquam mala dederat pharmaca. Decebat. n. vt Circę, quę per allegoriā signat delicias, luxum, ac mollitiem, huiusmodi naturæ adessent, rationis expertes, iracundę, rapaces: &, vt summatim dicā, immanes ac ferinæ. Et paullò post allegoriā exponit de herba Moly, per quā disciplinas intelligendas esse docet: similiter de Mercurio, qui adfuit Vlyssi: per quē rationē significari ait. Horū beneficio Circes effugim⁹ veneficia:

cum

La forca fugge, e tu la vai cercando.

Car. Ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν.
Σὺ δ' οὐ βαδίζεις. ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

In tumulo nunc litteram ſortitus te iudicare.
Tu autem nõ vadis. Charon autem ſignũ dat.

Interp. Dicendum erat, occaſio præſto eſt, vt diteſcatis : vos autem cunctamini. Seruus autem non ita dixit; ſed deridere eos, vt ſenio confectos & propinquos ſuo fato volens, cauillatur iuxta conſuetudinẽ Athenienſiũ in iudiciis ferendis. *Reg.* Multa interpres de iudiciis Athenienſium hoc loco: quomodo, ſcilicet decem tribus ſententias ferre, litteras diſtribuere abſolutorias, & condemnatorias conſueuerint; tum quo pacto electis è tribubus virgam, nempe iudicandi Symbolum olim dederit prǽco. Sed quia nimis multa videbantur, lectorem ad autorem ipſum remittere placuit. Addam tantum hoc vnum eiuſdem interpretis: pro eo, inquit ille, quod dicere debebat, in foro littera ſortitò euenit tui iudicandi: & ob id tibi ſymbolum dat prǽco. Hic verò ludens eos, vt vetulos, ait, in tu-

mu-

mulo:& Charon ſymbolum dat, non præco. *Reg.* Sentiens ad metam properare, quorum ætas eſt præceps. Conueniet, cũ oſtendere volemus, ſenem breui moriturum: vt dicamus, Charontem dediſſe ſymbolum, vel ſignum: hoc eſt, receptui ceciniſſe. Sed hic non præteribo, quod prouerbio dicitur de ſene capulari, vt Plautus & Terentius vocat decrepitũ. Dicitur enim ſenſiſſe morſum Charontis. id eſt, ſigna adeſſe vicinæ mortis. Quod ego in meis adagiis de partibus corporis humani, & de functionibus earum, ita correxi: vt ſtatuam cerberi morſum, non Charontis eſſe dicendum. Rationẽ adſcripſi hanc: Charon fingitur eſſe homo: hominis autem neq; proprium, neq; conſequens eſt mordere: itaq; parum rectè ſenſit, quicumq; fuerit autor. Cerberus autem fingitur eſſe canis: canis autem propriè adiunctum, mordere. Hinc Cerberi morſum non Charontis ſenſiſſe dixi eũ, qui iam diſceſſum è vita propter ſenectutẽ minitatur. Hic non dubito, quin oculatos & emunctę naris homines habiturus ſim ſubſcriptores.

Chor. Διαῤῥαγείης, ὡς μόθων εἶ, καὶ φύσει κόβαλος.

Disrūparis, vt turbator es, & natura loquax.

Interp. Mothon, species est turpis & illiberalis saltationis. Lacedæmonij verò seruos domi natos, atq; educatos mothonas appellant. *Reg.* Scommia in homines futiles, & inepte loquaces.

Cho. Δεῦρ' ἤλθομεν, πολλῶν θύμων ῥίζας διεκπερῶντες.

Huc venimus. multarū ceparum radices prætereuntes.

Interp. Multarum ceparum radices trāsmittentes, talem habet sensum: pauperculi Atticam habitantes, quando alimenta ex leguminibus non habebant (incommodus enim locus est, ad agriculturam, cum sit aridus) cepis vescebantur, quas vulgo bulbos, seu cepas erraticas vocāt. Dicit igitur chorus, dū huc properamus, multas in via cepas reliquimus, quas colligere necesse erat in cibum. *Reg.* Cōueniet in hominem tenuis fortunæ: cuius si quis opera velit vti, atq; is inuitus eam præstet, vel excusationem afferat aliquam: obiiciat illi paupertatem ac famem, his verbis: veteris ne ceparū

præ-

prætereũdę radices: Vel quod ignauis medicis Italorum vulgus obiicere solet: *Gli piace più, sente più gusto andare mendicando, e stentando di fame, che affaticarsi.* Mauult euellere ceparum radices, ac vesci illis, quã operam alicui locare. Itali etiam quid simile vsurpant, cum significare volunt, se quiduis perpeti malle, atq; in summa rerũ penuria ætatem agere, quam illud facere. *Io voglio più tosto mangiare radici d'herbe.*

Car. Νὴ τοὺς θεοὺς μίδας μὲν οὖν ἢν ὦτ' ὄνου λάβητε.

Per Deos, Midas quidem, si aures asini sumpseritis.

Interp. Midas Phrygiæ rex ditissimus, aures asini habebat. Hoc autẽ prouerbio dicitur de illo: vel quòd multos haberet emissarios, exploratores: vel quòd comam phrygiam retineret, quæ auris asini dicebatur. Aiunt autem pactolum huic fluxisse aurũ: tum etiam dicitur optasse, vt, quodcumq; tangeret, aurũ fieret. Vel quòd asinus magis audit, quam alia animalia, præter murem. Et Midas multos habuit adulatores. Alij dicunt Midam in asinum fuisse trans-

formatum, propterea quòd Bacchũ esset calumniatus: vel quòd præteriens asinos Bacchi contumelia affecisset: quo facto iratus bacchus, aures illi addiderit asininas. Alij quod grandes habuerit aures. Dicit autẽ Carion hyperbolicῶς, eos diuites esse futuros, quẽadmodum Midas. *Reg.* Sensus verborũ est; Midas eritis, si aures asininas adsciueritis. Scommate autẽ seruili, inquit, Midam æquabitis: neq; quidquam desiderabitur nisi aures asini, quales habuit Midas. Diuitijs illi pares eritis.

Car. Εγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν,
Η τοὺς ἑταίρους τοῦ φιλωνίδου πότ' ἐν Κορίνθῳ,
Επεισεν ὡς ὄντας κάπρους,
Μεμαγμένον σκῶρ' ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἔματτεν αὐτοῖς.
Μιμήσομαι πάντα τρόπον·
Υμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας,
Επεσθε Μητρὶ χοῖροι.

Ego verò Circen illam venena permiscentem
Quæ socijs Philonidæ quondam Corinthi
Persuasit, quasi porci essent,
Pistum comedere stercus; ipsa verò eis pinsebat,
Imitabor omnibus modis.

Vos

Vos autem grunnientes præ studio voluptatis.
Sequimini matrem porci.

Interp. Vbi dicẽdum erat, sociis Vlyssis, dixit Philonidæ. Perstringit autem Philoniden, vt diuitem, & parasitos alentem: qui Laidis ardens amore, Corinthi agebat ætatem. Arguit eum, vt sordidum & porcinis moribus, cum sociis; quos hircos appellat. Laidem verò Circen vocat, quòd amatores fascinabat. *Reg.* Reliqua, quæ in hunc locum scripsit interpres, vt parum ad institutum nostrum pertinentia prætermisimus. De Circe autem quæ scribit Eustachius in Hom. Odyss. x. operæ pretium videtur adscripsisse. Eos, inquit deliniuit, postquam mala dederat pharmaca. Decebat. n. vt Circę, quę per allegoriã signat delicias, luxum, ac mollitiem, huiusmodi naturæ adessent, rationis expertes, iracundę, rapaces: &c, vt summatim dicã, immanes ac ferinæ. Et paullò post allegoriã exponit de herba Moly, per quã disciplinas intelligendas esse docet: similiter de Mercurio, qui adfuit Vlyssi: per quẽ rationẽ significari ait. Horũ beneficio Circes effugimꝰ venesicia:

cum

eum, scilicet, non eò vsq; voluptatibus irretiri nos patimur, vt planè in belluinam migremus naturam. Philosophus enim in voluptatibus manet incorruptus: atq; adeo ipsis gladium minitans incēdit; quēadmodū Circæ Vlisses. Huc referenda etiam sunt, quæ Heraclides Ponticus in allegoriis Homericis, de laboribus Herculis scripsit. Is Hercules triquetro telo Iunonem vulnerauit: hoc est, aëra penetrans cęlestia perscrutatur. Cerberum producit in solem: idest, arcana naturæ, quę in terræ visceribus recōdita sunt, vestigat. Leonem, id est, brutam iracundiam, suemq; Erimanthum, nempe fœdam libidinem domat. Hæc omnia pręstat philosophus tripartita philosophia. Qđ verò ad illud: *Sequimini matrem porci*: olet adagium de illis, qui ex improbis & impuris nati, maiorum suorum vestigia sequuntur: atq; omni scelerum ac flagitiorum genere eos superare contendunt. Metaphora ab animali lutulento, & spurco. Itali huc respicientes sua lingua dicunt: *Chi nasce di Gallina, conuiene che raspi.* Sensus est: tales sunt filij, quales parentes vnde sunt orti.

Con-

Conueniet etiam in scelerosi magistri discipulos, magistro similes. *Sequimini patrem porci.* Solent enim docentium mores in animos demigrare discentium. Sensit hoc Agasicles Lacedæmonius, cum dixit: eorũ volo esse discipulus, quorum sum & filius. Non enim minus interesse putabat, quos nactus sis parentes, quã quos adsciscas pręceptores. Honestæ autẽ vitæ institutio potissimum ab illis est petenda, qui virtutem factis ipsis præstant: non ab iis, qui compositis arte verbis de virtute nugantur. Verũ hodie quotus quisq; est, qui non magis sollicitus sit de eo deligendo, quem equili pręficiat, quam de eo, cui filium virtutibus tradat informandum. Hactenus de adagio.

Chr. χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἐστὶν ὦ ἄνδρες δημόται,
Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν, καὶ σαπρόν.

Salutem vobis dicere, ô viri populares,
Obsoletum iam est, & marcidum.

Interp. Apparet hinc eos, quibus subito & pręter spem feliciter res successerint, mutare mores, & in fastum incidere atq; arrogantiam. Non enim malum est, salutem dicere. Sed quia paullò ante, cum pauper esset

ſet, eo verbo vtebatur: hoc eſt, ſaluere iubebat obuium quemq; : ideo id nunc contẽnit, ſcilicet ditatus: vult enim cum vitæ rationibus ſimul compellandi conſuetudinẽ mutare. *Reg.* Ex interpretis verbis colligo, ad eum pertinere dictum, qui repente factus ex inope diues, præ ſe contemnit omnes, neq; ſalutis dictione quemquã dignatur. In eum dici poſſit, ſalutem dicere obſoletum eſt. Italicè fortaſſe commodè hoc modo: *Non ſi conoſcono più gli amici: Non ſi parla più à villani.* Scilicet, quòd alis incedat ſubnixis, ſecunda fortuna elatus. Paulò tamen aliter ſi exponas, non erit abſurdũ. Finge te habere amicũ verbo tantũ; re autem ſordidum: qui te in occurſu blandè compellet: at ſi veniat vſus, vt eius indigeas opera, nuſquam appareat. Mox periculo defunctus eumdem habeas obuium, conſueto ſalutandi more vtentem: illi commodè reſpondeas, obſoletam eſſe ſalutationem & marcidam: quippe verba otioſa, vnde nihil ſperari poſſit auxilij.

Cho. Θάῤῥει. βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' ἄρην.
Δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν εἵνεκα,

Ὠστιζώμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Confide: videre enim planè videberis tibi martem.

Graue enim si ob triobolum.

Collidimur frequenter in concione.

Interp. Adiutorem me habebis, tãquam ipsum Deum Martem. Prouerbium de illis, qui vbiq; fortem se ac strenuam operã præstaturos pollicentur. *Reg.* Qui rudes & administrationis ignari creantur senatores, vel consules: vel alioqui reipub. adhibentur, illi suo diffidentes ingenio, subinde conciones indicunt: etiam ob res minimas conuentus agũt, in quibus nihil insit, quod consultationis egeat. Hos dicere poteris, concilia conuocare, trioboli caussa.

Blep. Καίτοι λόγος γ' ἦν, νὴ τὸν Ἡρακλέα πολὺς,
Ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων.
Ὡς ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος,
Ἔστιν δέ μοι τοῦτ' αὐτὸ θαυμαστὸν, χ' ὅπως]
χρηστόν τι πράττων τοὺς φίλους μεταπέμπεται.
Οὔκουν ἐπιχώριόν τι πρᾶγμ' ἐργάζεται.

Et certè sermo fuit per Herculem multus
In tonstrinis sedentium.
Quando repente vir factus est diues,

Est

Est autem mihi hoc ipsum mirabile, quando
Boni quiddam faciens, amicos accersit.
Nequaquam operando patriæ mores sequitur.

Interp. Calumniatur Athenienses, quòd in tonstrinis sedentes otiosi tempus terãt, non in officinis medicorum conueniant. Perstringit etiã eosdem, vt inuidos. Non sequitur, ait, consuetudinem Atheniensium: scilicet iam ditatus. Et alibi, in facie adspectus atticus. *Reg.* Adagium, Lippis notum ac tonsoribus: de rebus, quæ omnibus notæ sunt. Ab eo, quod ditiores in tonstrinis conuenire, atq; ibi de rebus nouis percontari solent. Videmus hodie tonsores semper aliquid afferre noui: & si nihil aliunde, ipsi aliquid comminiscuntur, quo suos retineãt aduentores, & alios rerum nouarum cupidos alliciant. Memini ego etiam me scomma è re natum audire ex aulico non insulso. Is audiens quemdam noui aliquid narrantem, quod pondus quidem habere videbatur, sed non verisimile; quærebat quã diu non vsus esset tonsore. Narrator obticuit, nec quorsum id esset dictum, olfecit. Nempe sensit derisor fabulam esse tonstri-

na dignam, & me hominem natione barbarum, à basilicis ambulationibus alienum fugit sententia. Quòd res videtur admirāda Blepsidemo, si is, qui fortunæ beneficio sordibus excussis subito ditatus, etiam amicorum memor sit; hoc eò pertinet, quod aiunt: Honores mutant mores. Et

Asperius nihil est humili cum surgit in altū.

Solēt enim huiusmodi homines, & sui & amicorum obliuisci: insolentes se nullis teneri legibus, neq; consuetudini obnoxios putare.

Bl. Τουτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον,
καί μ' οὐκ ἀρέσκει. τό, τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
Οὕτως ὑπερπλουτεῖν, τότ' αὖ δεδοικέναι,
Πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένου.

Hoc malum videtur onus,
Et mihi non placet. Id enim subito valde
Sic ditescere, ipsumq; rursus timere,
Non est viri rectè operantis.

Reg. Aut periculosū, aut summæ difficultatis est citò ditescere. Honestis.n. laborib. diuitiæ parantur: quæ non subito, sed paullatim veniūt. Hinc illud quod de Pluto diuitiarum Deo alibi legitur: quē in accessu

clau-

claudum in diſceſſu fingunt alatum. Quo commẽto ſignificant, difficile parari opes: queę niſi parcè diſpenſentur, momẽto temporis diffugiunt. Blepſidemus ergo eum, qui tam repẽte factus ſit diues, obſcurè vel furem, vel ſacrilegũ exiſtimat; vel alias hominem ſceleroſũ, qui per fraudem ſine labore magnas parauerit opes.

Bl. Ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός.
Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες.

Vt nihil verè cuiuſquam eſt honeſtè
Sed omnes lucro ſunt inferiores.

Reg. Hoc eſt omnes cupiditate lucri ſe duci patiuntur: ad lucrum tendũt omnes. *Interp.* Quòd nemo, qui ſecundiore fortuna videtur uti, virtutem rectè poſſideat. *Reg.* Referas ad ętatis noſtrę mores: nihil erraueris. Amicos enim ſocios, cognatos, affines omnes eodem loco habeas, ſi ſapis. Quis nõ videt fratres germanos capitali inter ſe odio diſſidere, fortunis ac capiti inſidias tendere, propter paullulum agelli, hæreditario iure adeũdi. Nihil hodie conglutinat amicitias, præter vtilitatem: eadem commutata facilè diſſoluit. Tolle ſpem lu

cri:

cri : coniunctionem omnem, etiam arctissimo vinculo copulatam diremeris. Valeant Pythagorei cum symbolo suo :

Amicorum omnia communia.

Valeat item Tullius cum suo Lælio, qui eos censet esse amandos, in quibus ipsis insint caussæ cur amentur. Nihili sunt internæ, in pretio externæ caussæ.

Blep. Ὡς πολὺ μεθέστηχ᾽ ὧν πρότερον εἶχε τρόπων.

Vt valde mutauit, quos prius habebat, mores.

Reg. Terentius simillimũ huic hoc modo: paullulum accessit pecuniæ : elati animi. Itidem pertinet ad eos, quos secunda fortuna à seipsis desciscere coëgit.

Blep. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ βλέμμ᾽ αὐτοῦ κατὰ χώραν ἔχει.
Ἀλλ᾽ ἔστιν ἐπιδηλόν τι πεπανουργηκότι.

Sed neq; adspectum suo loco habet.
Verùm quid simile illi, qui scelus perpetrauit.

Interp. Adspectus eius similis est adspectui scelerosi hominis. Reg. Mutata fortuna, & mores & vultum mutauit. In re tenui comis, blandus, hilaris : postquam plenis sinibus nauigare cœpit, toruus adspectus: populares præ se contemnit.

Chr. Σὺ μὲν οἶδ᾽ ὃ κρώζεις. ὡς ἐμοῦ τι κεκλοφότος,
Ζητεῖς μεταλαβεῖν.

Tu quidem quid crocites ſcio: vt, quod ego furatus ſim,
Eius particeps fias.

Interp. Parœmia in obturbantes, more cornicum. *Reg.* Crocitare dicas eum, qui temerè garrit: vaniloquũ, qui, quod in buccam venit, nulla habita vel temporis, vel audientium ratione effutit. Græcis κρώζειν, eſt etiam prædæ inhiare. Nempe à natura coruorum. Horat. *Coruum deluſit hiantem.* De eo, qui è graui morbo recepta ſalute, fruſtratus eſt hęredes bonis inhiantes.

Chr κατηγορεῖς γὰρ πρὶν μαθεῖν τὸ πρᾶγμά μου.

Reprehendis priusq̃ rem meam intellexeris.

Reg. In odioſos interpellatores, qui, cum nihil intelligant, ſatis ſuperq́; ſibi dictũ putant: ac plerumq́; abſurda, & à re præſenti alieniſſima reſpondent. Vel in iudices præpoſteros, qui ſecundum actorem ferunt ſẽtentiam, & reum indicta cauſſa condemnant. Contrà quàm Alexander ille, qui accuſanti alteram porrigens aurem, alteram obturatam reo ſeruari dicebat.

Blep.

Blep. Ὦ τᾶν ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ
Ἐθέλω διαπρᾶξαι, πρὶν πυθέσθαι τὴν πόλιν,
Τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.

O amice, ego tibi hoc valde exiguo sumtu
Volo perficere, antequàm ciuitas audiat,
Os rhetorum nummis obturans.

Interp. Refertur ad rhetores: quoniam illis addere solent onus, qui insperatum lucrum sortiti sunt: quasi reipub. sint vtiles. *Reg.* Satyrico more tangit rhetorū loquacitatem: qui linguam habēt venalem. Verba interpretis ferè hunc sensum habēt; ego docebo, qua ratione possit occultari, si quē habes thesaurum. Cauendum ne cui rhetori oboleat: cuius tu silentium pecunia redimas, ne palam fiat, & tu in publicum conferre cogaris.

Chr. Καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς νὴ τοὺς θεούς,
Τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα.

Et quidem mihi videaris amicus, per Deos,
Tres minas impendens, computans duodecim.

Reg. In eos, qui cum magno fœnori paupercülis dederint pecuniam, cumq; eos ad ossa, vsq; consumserint, amicos tamen appellari se, & pudendum fœnus loco bene-

ficij haberi volunt.

Chr. Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει,
Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδὲν ἔστ' οὔθ' ἡ τέχνη.

Quis vero medicus est nunc in ciuitate?
Neque præmium est vllum nec ars vlla.

Interp. Insectatur medicos, vt rudes & ignaros. Eos autem, qui mercedem soluũt medicis, vt auaros & sordidos. *Reg.* Adde vulgatum illud: Honos alit artes. Prodeãt, qui manu liberali pensent operam medicorum præsto fore, credo, Hippocratis æmulos & Galeni. Sed quia sine delectu medici adhiberi solent, eorum studia languescũt, qui ingenio valent. Hinc doctorum virorum paucitas, & stupidorũ innumerabilis turba empiricorum: in quos rectè dici potest, eodem calopodio omnes calceare. qđ varijs atq; differẽtibus inter se morbis eadem adhibent remedia. Sed horum imperitiæ appositum in ore dictum habet tunicatus popellus. Nempe dignum (quod aiunt) patella operculum. Cum enim sanatum vident ægrũ, cuius ferè desperata salus erat, medicum laudant; non vt artis suę peritum: sed vt bonum diuinatorem.

Di-

Diuinasse, non certò scisse aiunt, neq; ex illis, quæ παθογνωμικὰ vocant, collegisse signis, quo genere morbi fuisset ęger affect⁹. Quin etiam rustici medicum publico ære conducturi, non tam de peritia eius solliciti sunt, quàm studiosi quærunt, qui viliori mercede velit operam addicere.

Pau. Ω θερμὸν ἔργον κ' ἀνόσιον, κ) παράνομον
Τολμῶντε δρᾷν ἀνθρωπαρίω κακοδαίμονε.

O calidum opus, & impium, & iniquum
Audentes facere homunculi infelices.

Interp. Paupertas hic accedens pugnat cũ Chremylo & Blepsidemo *Reg.* Calidũ op⁹ dicitur prouerbio, quod temerè, inconsulta festinatione fit. Terent. Vide ne nimis calidum hoc sit. Huic oppositũ est, quod dicunt: σπεῦδε βραδέως. i. *festina lente.* Quo monemur pri⁹ op⁹ esse cõsulto, vt apud Sa. post, vbi cõsulueris, maturè facto op⁹ esse.

Pa. Αληθὲς; οὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον,
Ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν.

Verum? Non enim grauissima fecistis,
Conantes ex omni regione me eijcere?

Reg. Secundum consuetudinẽ hominũ poëta loquit', suppositione psonæ. Inducit

paupertate querentem se ab omnibus cõtemni ac repelli. Idem sentit Horatius, sat. 1. lib. his verbis:

per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem:
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant.
Aiunt: cum sibi sint congesta cibaria.

Agricolæ, milites, nautæ, caupones; ac deniq; nullum genus hominum nõ hoc agit, vt arceat paupertatem.

Chr. Οὐκοῦν ὑπὸ λοιπόν σοι τὸ Βάραθρον γίνεται.

Igitur reliquum est tibi barathrum.

Interp. Hiatus & vorago quædam profunda & obscura erat, barathrum nomine, in Attica: in quam maleficos coniiciebant. In eo autem barathro erant vncini; alij sursum, alij deorsum. *Reg.* Si quis homo calamitosus, cui infeliciter omnia cedant; quẽ amici, & cognati deseruerint: cui spes nulla supersit; nisi vt dicat ad restim sibi rem rediisse; hoc est, laqueo vitam finiẽdam: & vt Plautus loquitur, longam ex se litteram faciat: huic commode poterit dici, tantum superesse barathrum, quò se dare præcipitem

tem possit.

Blep. Αρ' ἐστὶν ἡ καπηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων,
Ἡ ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται;

Num hæc est caupona, ex vicinis,
Quæ poculis semper me destruit?

Interp. Quæ, inquit parua mensura mihi nocet: quæ non admetiens æquam ac debitam vini mensuram; me fallit. Vel vinum quæ vendit adulteratum. *Reg.* Duplicem habere sensum potest dictum hoc:

Poculis me destruit.

Alterum de caupone, qui vel mensura, vel adulterato vino emtoribus imposturam facit. Vel de ganeone, qui potando sua bona absumserit; dicat se phialis periisse: hoc est, bibacitate ad inopiam redactum.

Blep. Πενία γάρ ἐστιν, ὦ πόνηρ' ἧς οὐδαμοῦ
Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον.

Paupertas n. est, ò ærumnose, qua nusquam
Vllum natum est animal perniciosius.

Reg. Verè perniciosum animal (si modo animal) vel critico Horatio teste: qui hominem paupertate cogi dicit, vt viã deserat virtutis: & multa patiatur suo genere indigna. Iuuenalis.

Haud facile emergũt, quorũ virutibus obstat
Res angusta domi.

Blep. Ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποίαν δ' ἀσπίδα,
Οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη;

Qualem enim thoracem, quale scutum
Pignori non opposuit impurissima?

Reg. Eadem ferè, quę interpres in hunc locum adscribam. Ostendit, quod pauperibus vsu venire solet: qui pignori semper aliquid opponũt, ne fame & ipsi & filij laborent. Impuram autẽ, & fœdã per metonymiam dicere videtur, ab effectu. Sæpe .n. limites honestatis egrediuntur, quos dura fames vrget: atq; ea non rarò faciunt, quæ legibus honestatis, æqui & boni contraria esse docent furię domesticę: hoc est, conscientia malefactorũ. Nihil enim est, quod facilius impellat homines ad iniuriam aliis inferendam, quàm rerum necessariarũ inopia. Vt enim in diuite non facilè temperãtiam, sic difficile inuenias in paupere iustitiam. Plato de repub. In qua ciuitate, inquit, mendicos videris, in ea fures, crumenarum sectores, sacrilegos, & omnium id genus malorum artifices latitant. Plautus

in

in Truculento paupertati adiacentia enumerat his verbis: *Intulit in*
Pauperiem: priuauit bonis, luce, honore atq;
amicis.

Chr. Φανερὸν μὲν ἔγων οἶμαι γνῶναι τοῦτ' εἶναι πᾶ-
σιν ὁμοίως,
Ὅτι τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων εὖ πράττειν ἐστὶ
δίκαιον.
Τοὺς δὲ πονηρούς, καὶ τοὺς ἀθέους, τούτων τ' ἀναν-
τία δήπου.

Palàm quidẽ mihi videor intelligere, hoc omnibus esse eodem modo.
Quòd bonis benefacere, sit æquum:
Malis autem, atq; impijs contrà scilicet.

Reg. Legem sequitur naturæ. vel scriptarum legum sententiam & finem expressit. Bonos pręmio, malos afficere supplicio.

Cho. Ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφόν, ᾧ νικήσε-
τε τηνδί.
Ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες. μαλακὸν δ' ἐνδώσε-
τε μηδέν.

Sed iam oportebat vos dicere quid sapienter,
quo vinceretis eam,
In verbis contradicentes. Nihil autem molliculum concedere aut indulgere.

Reg. Videtur admonere, quo pacto sophistarũ effugiẽdi sint paralogismi. Vel potius disputandi rõnẽ docere. Nẽpe sapiẽter oĩa

esse

esse proferenda: certis ac veris, non friuolis & fucatis rationibus vtendū esse: nihil aduersario temerè concedendum: ne suo iuguletur gladio. Non frigidè aut remissè agendum in diluendis, ac profligandis sophismatis.

Pau. Εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτόν.
Οὔτε τέχνην ἂν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε σοφίαν μελετῴη οὐδείς.

Si enim Plutus visum reciperet, diuideretq́; seipsum æqualiter,
Neq́; artem quisquam hominum, neq́; sapientiam curaret.

Reg. Hinc apparet, quænā sint illa, quæ societatis humanæ vinculum faciunt indissolubile. Cum scilicet alter alterius indiget opera: neq; per se quisquam suis rebus cōsulere potest. Notandum hoc loco, quòd Ethnicus scriptor sola naturæ luce illustratus videt, cur tàm inæqualiter sint disperti ta inter homines fortunæ bona: hic nihil hominis à rogo superesse credidit: quid nos de prouidētia Dei sentire oportet? Sed hæc ad aliam pertinent palæstram. Rustici aliquando cum sapientioribus ac ditioribus dis-

disputantes, ad se rapiunt; sibi tribuunt diuitiarum, quas illi possident, caussas. Nisi enim (hoc modo ratiocinantur) nos terrã coleremus, sementem faceremus, granaria frumento, cellas vino impleremus, & alia ad vitam commodè agendã necessaria vobis pararemus, quid futurum de vobis, qui sericati & ansati per plateas ambulatis otiosi, rerumq; omnium securi? Nostro labore facillimè agitis. Persequitur deinde paupertas enumerans artes, quæ haberentur pro derelictis, si omnibus æquè ditescere contingeret. Quis, inquit, metallum, aut ęs incideret? quis naues fabricaretur? quis suere, quis corium incidere, quis muros facere, lauare, pelles tingere, terram aratro vertere, frumenta metere vellet, si rerũ copia promiscuè omnibus suppetente, in otio viuere liceret? Hæc compendio sine versibus Aristophanis perstringere volui, ad euentum festinans.

Chr. κερδαίνειν βουλόμενός τις
Ἔμπορος ἥκων ἐκ θετλαλίας, παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν.

Lucrari volens quis.

Mer-

Mercator veniens ex Thessalia, cum plurimis impostoribus.

Interp. Malè audiūt Thessali, vt plagiarij atq; infedeles. Hinc adagiū: Thessalorū perfida omnia.

Pαn Παρ' ἐμοῦ δ' ἐστιν ταῦτ' εὔπορα πάνθ' ὑμῖν ὧν δεῖσθον. ἐγὼ γὰρ
Τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δέσποιν' ἐπαναγκάζουσα κάθημαι
Διὰ τὴν χρείαν, καὶ τὴν πενίαν ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει.

A me autem hæc omnia vobis suppeditātur, quorum indigetis: ego enim
Artificem, tamquam domina cogens sedeo
Propter egestatem ac inopiam, quærere vnde vitam toleret.

Reg. Artium magistram vocat paupertatem, Horatius lib. 3. epistola ad Iuliū Florum.

Decisis humilem pennis, inopemq; paterni
Et laris, & fundi, paupertas impulit audax,
Vt versus facerem.

Paupertate coactum se versus scribere fatetur. Gelasimus apud Plautum in Sticho inquit,

Nam illa (paupertatem intelligit) omnes artes perdocet, vbi quem attigit.

Illa

Illa enim animos exſuſcitat, acuit induſtriam, elicit artes. Diogenes paupertatem αὐτοδίδακτον, id eſt, ſuapte natura, per ſeipſam, ſine inſtitutore & magiſtro diſcentē vocat. Heſiodus paupertatem vetat obiici cuipiam, vt vitium. Et apud Plautum in aulularia Euclio, vt donum Dei prædicat paupertatem; his verbis.

Pauper ſum: fateor, & patior: quod dij dant, fero,
Sed etiam Heſiodus ante idem dixerat, cum
negaret obijciendam, vt malum.

Chr. Σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθὸν, πλὴν φώδων ἐκ βαλανείου;

καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων, καὶ γραϊδίων κολοσυρτὸν

Φθειρῶν τ' ἀριθμὸν, καὶ κωνώπων, καὶ ψυλλῶν. οὐδὲ λέγω σοι

Ὑπὸ τοῦ πλήθους. αἳ βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν.

Ἐπεγείρουσαι καὶ φράζουσαι, πεινήσεις. ἀλλ' ἐπανίστω.

Πρὸς δέ γε τούτοις, ἀνθ' ἱματίου μὲν ἔχειν ῥάκος ἀντὶ δὲ κλίνης, (ρει.

Στιβάδα χοίνων, κόρεων μεστὴν. ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγεί-

καὶ

καὶ φορμὸν ἔχειν ἀντὶ τάπητος σαπρόν. ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίου,

Λίθον ξυμμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ. σιτεῖσθαι δ' ἀντὶ μὲν ἄρτων

Μαλάχης πτόρθους. Αντὶ δὲ μάζης, φύλλ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων.

Αντὶ δὲ θράνους, στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος. ἀντὶ δὲ μάκτρας,

Πιθάκνης πλευρὰν ἐρρωγυῖαν καὶ ταύτην. ἆρ' ἀγαθῶν πολλῶν

Αγαθῶν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἀποφαίνω σ' αἰτίαν οὖσαν;

Tune suppeditare quid boni potes, præter vesicas ex balneo?

Et puerulos esurientes, vetularumq́ue strepitum

Pediculorumq́ue numerum, culicum, & pulicũ (neq́ue dico tibi

De multitudine) qui resonantes circum caput discruciant,

Exsuscitantes ac dicentes, esuries: sed surge.

Adhæc pro pallio, vestem habere detritam: pro lecto,

Stragulum è paleis, plenũ cimicibus, qui dormientes excitent.

Et stoream habere marcidam pro tapete. pro pul-

puluinari autem

Lapidē magnū ad caput: pro pane verò vesci
Maluæ scapo. pro polenta verò, folia tenuiū
raphanorum.

Pro scamno, rupta caput vrnæ. pro mactra
Dolij latus, & hoc fractum. Anne multorum
Bonorum te hominibus esse caussam ostendi?

Interp. Vesicas ex balneo, inquit: idest, pustulas, vel tumores, qui fiunt ex nimio labore. Ex balneo: propterea quòd pauperes ob vestium inopiā in balneis dormiūt: & exeuntibus è calore, subitò emergunt pustulę. Omnia autem pertinent ad exaggerationem malorum, quę secum adfert paupertas. *Reg.* Compendio exposui, quę in hunc locum interpres. Reliqua illius ad rationem grammaticam referenda sunt. Adde his, quòd enumeratis omnibus incō modis, quæ præstat inopia, exprobrata supellectile, qua domos eorum instruere solet, quos complexa est: per ironiam, quasi epiphonemate claudit orationem his verbis: videorne ordine prosecutus omnia illa bona, quæ à te paupertate in mortales proficiscūtur? quæ tibi accepta referre debent?

Chr.

Chr. Οὐκοῦν δήπου τῆς πενίας πτωχείαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν.

Igitur certè paupertatis sororem dicimus esse mendicitatem.

Interp. Differt autem mendicitas à paupertate: quod paupertas est mediocris indigentia, labore quærens necessaria. Dicitur enim Græcis à labore, quo sibi res parat necessarias. Mēdicus autem dicitur ab eo, qui mendicando omnes adit. *Reg.* Sororem paupertatis vocat mendicitatem. Quòd ab angustia rei familiaris ex penuria ad mendicitatem lubricus est gradus. Cum enim opere faciundo victum parare non licet propter ægritudinē, vel aliā caussam aliunde roganda quibus opus est: Si minus ostijs pulsandis, certè furto, aut viatoribus spoliandis. Hinc credo iurisconsulti arrepta occasione, testibus inopia laborantibus fidem abrogari posse putant: quòd scilicet pretio conducti facilè mentiantur. (ὅμοιον.

Pau. Ὑμεῖς γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον φάθ' εἶναι

Vos, qui Thrasybulo Dionysiū dicitis Similē.

Interp. Paupertas hoc modo respondet Chremylo: Dissimilia inter se, tu similia dicis:

cis: quemadmodum si quis Siciliæ tyrannum Dionysium Thrasybulo viro bono, vrbano, & honesto similem dicat.

Reg. Multa interpres in hunc locum, de Thrasybulo & Dionysio: inter alia etiam refert, quo pacto Trasybulus Democratiæ studiosus, & præcipuus assertor libertatis, rempub. liberauerit triginta Tyrannis, quos Athenas miserant Lacedæmonij. Sed nihil ea ad nostrum institutum. Notandum autem censeo, si quis homines diuersis moribus, improbum scilicet, ac scelerosum, cum viro bono; rudem & imperitum cum docto & sapiente conferre velit, dicatur is cum Thasybulo conferre Dionysium. Sic non procul aberit à specie prouerbiali. De Dionysio autem Tyranno, fuerit otiosũ, huc adscribere quidq̃: cum eius tyrãnidẽ multi persecuti sint historici

Pau. Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα.
Τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.

Mendici enim vita, quam tu dicis, est viuere nihil habentem.

Pauperis verò, parcè viuere, & operibus intentum esse.

Superesse quidem ipsi nihil: Sed neq; deesse.

Reg. Iam apertius ostendit discrimen inter pauperem & mendicum. Hinc collige, in paupertate nihil vitij, nihil quod reprehendatur: mendicitatem probro dari. Pauperi opera vita est: mendicus ostiatim quæritat victum.

Paup. Σκώπτειν πειρᾷ καὶ κωμῳδεῖν, τοῦ σπουδάζειν ἀμελήσας,
Οὐ γιγνώσκων, ὅτι τοῦ Πλούτου παρέχω βελτίονας ἄνδρας,
Καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν. παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ποδαγρῶντες,
καὶ γαστρώδεις, καὶ παχύκνημοι, καὶ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς,
Παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοὶ, καὶ σφηκώδεις, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί.

Cauillari tentas & sugillare, curæ ac studij negligens,
Nō videns meliores me præstare viros, quàm Plutus.
Et consilio & adspectu. Apud ipsum enim

sunt

sunt pedibus laborantes.

Et ventricosi,& pingues suras habentes,immodicè,lasciueq́; sunt obesi.

Apud me autem macri,& graciles,inimiciq́; graues.

Interp. Tales enim fiunt diuites, ob delitias:quod lasciuiam & improbitatẽ arguit. *Reg.* Incommoda diuitijs annexa vides:nisi malis dicere,quæ ex abusu diuitiarum, eorumq́ue intemperantia oriuntur,qui possident diuitias. Cum enim facilè suppetant, quę ad luxum, ad epulas, & ad saginę comitem, Venerem pertinent, videas plerosq́ue opulentos, podagricos, ventricosos,obesos, atq́ue in dies molestiorem sibi carcerem struentes: vt dicebat Diogenes de homine pingui & uorace. Ex istorũ grege vix ullum reperias, artibus honestis & virtutibus intentum. Pinguis autem venter non gignit sensum tenuem: quod fertur adagio. Pauperes verò contrà. Eos enim inopia rerum cogit, vt opere faciundo victum sibi parent. Proinde eis neque ventris pondus, neque è crapula morbi sunt impedimento, quo minus artibus sese

bonis exerceant. Atque hæc illa ſunt, quæ paupertas ſibi accepta ferenda dicit. Addit etiam graciles, agilesque prælijs atque certaminibus aptos: hinc formidabiles hoſtibus. Sed huc Græci interpretis adſcribenda verba ſunt, Latinè reddita. Qui enim, inquit, carnibus onuſtus non eſt, ſed corpore leuis, ille hoſtibus facilè reſiſtit. Tales autẽ ſunt pauperes, quibus ob penuriam ciborũ, carnoſos fieri non licet.

Paup. Περὶ σωφροσύνης ἤδη τοίνυν περανῶ σφῷν
κ' ἀναδιδάξω,
Ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ. τοῦ Πλούτου δ'
ἔστιν ὑβρίζειν.

De modeſtia igitur iam tamdem vobiscum agam: & docebo rurſus,
Quòd venuſtas mecum habitat. Pluti autem eſt, inſolenter agere.

Interp. Enumeratis ordine bonis, quæ ab ipſa paupertate hominibus oriuntur, iam demonſtrare vult, ſe cauſſam etiã eſſe modeſtiæ, quemadmodum contra Plutũ inſolentiæ. Meritò autem dixit, demonſtrabo. Nam quòd dixit homines ventricoſos fieri ex opulentia, etiam petulantes dixit

Qui enim multum edunt, ad illa proni etiã sunt. Sicuti, quos dura premit fames, intra cancellos honestatis se continent: ita rerũ copia parit insolentiam, superbiam in hominibus: vt ad inferendam iniuriam sint procliues.

Chr. Πάνυ γοῦν κλέπτειν κόσμιόν ἐστιν, καὶ τοὺς τοίχους διορύττειν.

Valde igitur venustum est furari, & parietes perfodere.

Interp. Per ironiam. Pauperes enim propter inopiam furantur. *Reg.* Inuertit paupertatis verba, & mẽdosè colligit, ex communiter accidentibus, non autem ex necessarijs. Non enim, si quis pauper est, idem continuò furtiuis manibus res alienas subducit. Scomma autem in paupertatẽ referendum ad illa: dixerat paupertas, secum habitare venustatem. Id ridens Chremylus, locũ à destructione antecedentis vsurpat arguendo hoc modo: si furari, & parietes perfodere, lepidum ac venustũ est, lepida & venusta paupertas erit, horum caussa. Paralogismus in eo, quòd paupertatem facit caussam furti efficientem: vel

eius perpetuum adiunctum.

Blep. Νὴ τὸν Δί' εἴγε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστι;

Per Iouem, siquidem ipsum oportet latere, quo modo non sit venustum?

Interp. Frigidum est enthymema. *Reg.* Per ironiam laudat dexteritatem in furibus, qui præsidem habent Mercurium. Latini, vbi quem laudare volunt, quòd nõ sentiente hero, quidpiam surripuerit, aiunt dextro id factum esse Mercurio. Cur autem Mercurius istorũ præses dicatur, hãc esse caussam coniectant eruditi: quòd deprehensi, vel accusati, ad linguæ præsidiũ confugiunt: vel negant furtum, vel remotione & translatione criminis vtuntur, vel alias artificiosis mendaciis sese probant innocẽtes. Sed apophthegma Diogenis huc referendum: is videns furem ad suppliciũ rapi, & interrogatus, qualis ipsi videretur; respondit sibi videri tardum & ignauum. Alter ille expectabat, miserum & infelicẽ, quem neq; honestatis amor retinere in officio, neq; pœnæ timor absterrere potuisset à maleficio. Hic verò retulit ad tarditatẽ:

ſi fuiſſet impiger & expeditus, non foret deprehenſus. *Paup.*

Σκέψαι τοίνυν γ' ἐν ταῖς πόλεσι τοὺς ῥήτορας. ὡς ὁπόταν μὲν
Ὦσι πένητες, περὶ τὸν δῆμον, καὶ τὴν πόλιν εἰσὶ δίκαιοι,
Πλουτήσαντες δ' ἀπὸ τῶν κοινῶν, παραχρῆμ' ἄδικοι γεγένηνται,
Επιβουλεύουσί τε τῷ πλήθει, καὶ τῷ δήμῳ πολεμοῦσιν.

Conſidera igitur in ciuitatibus rhetores: quidum
Sunt pauperes, erga populum & ciuitatẽ ſunt iuſti.
Diuites autem facti rebus communibus, ſubitò fiunt iniuſti:
Et inſidiantur multitudini, & contra populũ pugnant.

Interp. Criminatur rhetores, quòd munera ab hoſtibus accipientes, pernicioſa ciuibus ſuis dant conſilia: neq; permittunt, vt hoſtes vlciſcantur. *Reg.* Genus argumentationis à coniugatis, eò pertinens, vt probet plus damni ex diuitiis oriri, quam ex paupertate: immo commodorum & honeſtatis cauſſam eſſe paupertatem: è diuerſo

vitiorum diuitias. Si pauperes reip. commoda multa præstant: paupertatem incõmodam dicere, absurdum fuerit. Qui verò in paupertate erant iusti, diuites facti, sunt iniqui. Par est ergo credi, iniustitiæ & iniquitatis caussam esse diuitias.

Chr. καὶ πῶς φεύγουσί σ' ἅπαντες;

Pa. Ὅτι βελτίους αὐτοὺς ποιῶ. σκέψασθαι δ' ἐστὶ μάλιστα,

Ἀπὸ τῶν παίδων. τοὺς γὰρ πατέρας φεύγουσι, φρονοῦντας ἄριστα

Αὐτοῖς. οὕτω διαγιγνώσκειν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ δίκαιον.

Et quomodo te fugiunt omnes?

Paup. Quòd meliores ipsos facio. Id maximè est videre

In pueris: parentes enim fugiunt optimè consulentes

Ipsis. Ita difficile est internoscere iustum.

Interp. Difficile est iustum ipsum cognoscere. Ideo etiam pueri oderunt parentes. *Reg.* Ratiocinatur hoc modo: quod omnes fugiunt, neq; bonum, neq; optabile censendum: at paupertatem omnes fugiunt: paupertas igitur neq; bona neq; optabilis est

cen-

censenda. Paupertas inuertit argumentũ, & fugam refert ad ignorationẽ boni & iusti. Quod similitudine probat à pueris ducta: qui parentes suos fugiunt, qui illis optimè consultũ cupiunt: idq; ea caussa, quòd ætas puerorum versatur in ignorantia. Argumento fidem adstruit: quòd iusti & iniusti difficilis sit notio. Huc cõmodissimè referri potest apophthegma Diogenis, qui interrogatus, cur magis diuitiorum limina tererent philosophi, quàm philosophorum diuites; respõdit, philosophos scire, quibus rebus opus habeant: si autem diuites itidẽ scirent, quibus indigerent, magis ipsi philosophorum ædes frequentarent.

Chr. Τὸν δία φήσεις ἆρ᾽ οὐκ ὀρθῶς διαγιγνώσκειν
τὰ κράτιστον.

κ᾽ἀκεῖνος γὰρ τὸν Πλοῦτον ἔχει. ταυτὶ δ᾽ ἡμῖν
ἀποπέμπει.

Iouem dices igitur non rectè dignoscere quid
sit optimum:

Ille enim Plutum etiam habet: hãc autem no-
bis remittit.

In-

Interp. Ipſum (dices) ad paupertatem referendum: hanc verò, cum dicit, Blepſidemum alloquitur. *Reg.* Sententia Chremyli eſt: ſi ea cauſſa dicis, non facile diſcerni poſſe, quid ſit bonũ, atq́; ideo homines parum perſpicaces eſſe cõtendis, quòd neglecta paupertate, Plutum appetunt: certè ipſi Ioui non conſtabit, quid ſit optimum. Ille enim ſibi retinet Plutũ, atq́; nobis paupertatem relinquit. Hac ratione Iouem argues ignorantiæ, quo nihil abſurdius. Non enim adduces me vt credam, Iouem ſibi mala retinere, vt bona ad homines tranſmittat. Obſerua ratiocinationem verè ruſticam, noſtræ ætatis agricolis, eorumq́; ſimilibus maximè congruentem. Sapiens non eſt dicẽdus, qui diuitias parare, & partas ſeruare neſcit. Perſuaſum habent ſcilicet, ſummum bonum in rerum copia poſitũ eſſe: ſuccurrat tibi dictũ peculiare illorũ, quos in paupertate imꝑbitas, in ĩprobitate pauꝑtas, veluti in alto cœno fixos detinet. Iſti, ſi fortè vel principem, vel alium in magiſtratu conſtitutum vident colere pietatem, frequentare templa, & piis affectibus

ad-

adstare rebus diuinis; nihil exẽplis mouẽtur bonis: neq; ad imitationem excitantur. Sed detestabili eos scommate insectantur. Facilè, aiunt, illis esse, in delubris otiosè traducere ætatẽ: quibus omnia suppetant ad delicias & luxum: Nobis, si eodem loco essemus, eademq; fortuna contingeret, eadẽ pietate venerari diuos, non foret graue. At nobis dum illi cessant, opus faciendũ: quærendus est victus, Hoc nomine prætegere culpam solent, quando neq; dierum festorum, neq; sacrorum canonum habita ratione, fœdissimis artibus eos transigunt dies, quos precibus, & rebus diuinis sacri principes destinauerunt.

Paup. Ἀλλ' ὦ κρονικαῖς γνώμαις, ὄντως λημῶντε
 τὰς φρένας ἄμφω,
Ὁ Ζεὺς δή που πένεται. καὶ τοῦτ' ἤδη φανερῶς σε
 διδάξω.
Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν ὀλυμπια-
 κὸν ἀγῶνα,
Ἵνα τοὺς ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου
 ξυναγείρει,
Ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας, στεφανώσας
Κοτίνου στεφάνῳ; καί τοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ
 ἐπλούτει.

Sed o ætate desipientes mente excæcati amlo,
Iuppiter certè pauper est. Et hoc palàm docebo
Si enim diues esset, quo pacto certamen Olympicum faciens,
Græcos omnes quinto quoq; anno congregaret,
Certaminũ victores declarans, eosq; coronans
Corona oleastri? Atqui aurea decebat, si diues esset.

Interp. Quasi dicat, o vos, qui vetusta & cariosa stoliditate mentem habetis offuscatam, & obductam. *Reg.* Interpres monet adagium esse. Sed nimis ille compendiosus & cõtractus. Idcirco mihi latius exspatiãdũ existimo. Cõuenit in senes delirãtes: quos centũ annorũ pueros, & bis pueros vocant. Propterea ꝙ in corpore senili puerilis sit sententia. Vel quòd iam capulares, vt est apud Plautum, id est senio confecti minus sapiant, quam pueruli, qui nondum sciunt articulatam formare vocem. De iisdem etiam dicitur, Saturniæ lemæ. Quòd ætatis vitio desipiscunt. Aristophanes autem gnomas dixit, pro lemas: quod notauit interpres. Sunt autem lemæ, humores concreti in oculis, qui lippitudinem pariunt

riunt. Quòd verò Iouem ipsum pauperem demonstraturam se dicit paupertas: sedes argumenti est à repugnantibus. A moribus enim diuitiorum arguit, neminẽ virtutem colere, neq; honestis exercitamẽtis delectari, nisi pauper sit. Diuites enim otiosi, ignaui, cibo ac potu sese ingurgitantes, absumunt tempus. Id quibus facere non licet, inopes esse oportet. Iuppiter autem olympicis delectatur certaminibus, ærumnis & labore constantibus: quòd certè non faceret, si opibus abundaret: aut, vt supra dixit, non satis videret, quod bonum esset, atq; commodum. Confirmat id vilitate præmiorum, quibus ornantur victores. Est autem ex oleastro corona: scilicet, è materia vili: sed si suppeteret, vnde pararet quid pretiosius, quod vincentibus donaret, auream potius, quam alia quauis materia contextam donaret coronam. Interpres in hunc locũ ait: non oleastro, sed pulcherrimo oliuæ ramo coronabantur victores: perperam igitur & per contemtum, dixit, oleastro, quæ est olea siluestris: quasi munus pauperibus congruens.

Chr.

Chr. Οὐκοῦν τοῦτό γε δήπου δηλοῖ, τιμῶν τὸν
Πλοῦτον ἐκεῖνος.
Φειδόμενος γὰρ καὶ βουλόμενος τούτου μηδὲν δα-
πανᾶν,
Λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας, τὸν Πλοῦτον ἐᾷ
παρ' ἑαυτῷ.

*Igitur hoc, ſcilicet, demonſtrat, ſe honorem ha-
bere Pluto.*
Parcens enim, & nihil huius abſumere volēs,
*Victores friuolis rebus coronans, Plutum ſecū
eſſe patitur.*

Interp. Attenuat coronam olympicam, vt ignobilem. *Reg.* Rationem paupertatis inuertit Chremylus. Auream victoribus non dat coronam: non quòd aurum non habeat: ſed quòd ſibi retinere velit, vt egregiè charum. Tu interea nota ſtuporem hominis imperiti: qui, dum viri boni cauſſam tueri ſe profitetur, ſuas ipſius rationes peruertit. Exemplo ſit Chremylus: qui dum Iouem & ſapientem & diuitem probare conatur: illiberalitatis eumdem & auaritiæ reum facit. Atq; id, ne ſententiæ ſubſcripſiſſe videatur aduerſarij. Tu ipſe tibi conſice catalogum, quo comprehendantur illi

qui

qui ſub Chremyli vexillo & auſpiciis ſtipendia faciunt. *Chr.*

Ἀλλά σέγ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειε, κοτίνου ϛεφάνῳ ϛεφανώσας.

Sed Iuppiter te perdat, oleaſtro coronans.

Interp. Hoc Chremylus dixit à paupertate conuictus: cumq́; non haberet, quòd contrà diceret, orationem vertit in imprecationem. *Reg.* Si in loco adhibeatur, non carebit ſale ſcomma. Quadrabit enim in hominem ambitioſum ac vanum. Iuppiter te oleaſtro coronet. Id eſt contingant tibi præmia tuo ingenio & ambitu cõgruẽtia, vt, ſcilicet ineptis ac friuolis potiare votis.

Παυ. Ὦ πόλις ἄργειος. κλύεθ' οἷα λέγει;

O Ciuitas Argi. auditis qualia dicit?

Interp. Hęc aiunt ex Telepho Euripidis tragicè afferri. Non autem conſequenter vocat Argos, cum ſit Athenis. Argos autẽ taxat, vt pauperes. *Reg.* Exclamatio tragica conueniens in eum, qui palàm mẽtitur, ac ſeriò dicit, quæ naturæ ordinem excedunt.

Chr.

Chr. Παύσωνα κάλει τὸν ξύσιτον.

Pausonem voca sodalem.

Interp. Pauson pictor inopia laborans perstringitur. *Reg.* Venustum in mendicũ dicterium. Vsus erit huiusmodi: si pauperculus arrogans & dicax suæ fortunæ parũ memor audeat se opponere, vel contumeliam facere ditiori, iubeatur à cessere pausonem sodalem: quod eò pertinet, vt intelligat aduersarium sibi, vel socium sui ordinis esse quærendum, nempe mendicum & contemtibilem: in quem virus euomat linguæ pestilentis.

Chr. Ἐς τὸν κυφὸν'. ἀλλ' οὐ μέλλειν.

Ad Cyphonem: sed ne cuncteris.

Interp. Cyphon vinculum est ligneum, quo vinciuntur, qui sunt in carceribus. Sũt qui dicant nomen esse mendici cuiusdam. *Reg.* Quadrabit in hominem maleficum: vt sit genus imprecationis. Quemadmodum enim Latini iubent abire in malã crucem: sic Græci, vel ad coruos, vel ad numellas. Nempe digna precantur factis eius. Quòd autem subdit, non tardare, sic intelligendum: sat superq; scelerum & flagitiorũ

ab

ab eo commiſſum, vt iam ex virtutibus ornandus ſit, atq; recta via pergendum ad merita ſupplicia. *Bleps.*

Καὶ μὴ διατρίβωμέν γε. μὴ πάλιν τις αὖ
Ἐλθὼν διακωλύσῃ τί τῶν προὔργου ποιεῖν.

Et ne moremur: ne rurſus aliquis
Veniẽs prohibeat, quod ſit operæ pretiũ facere.

Reg. Huic ſimillimum eſt illud.

Semper nocuit differre paratis.

Accommodari poteſt, cum hortari quẽpiam volumus, ad incepti vel propoſiti operis perfectionem. Vel vbi conſultando moram ducit. Salluſtius, prius, inquit, conſulto, poſt, vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. Legimus Cæſarem victoriæ ſpem in celeritate poſitã habuiſſe: ſenſus eſt Blepſidemi: quod conſtituimus, è veſtigio perficiamus: ne quid bonis conſiliis eueniat impedimenti. Reſpicit autem ad Plutum quẽ domum deducere conſtituerat cum Chremylo, vt ditati genio indulgere poſſent.

Car. Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμυστιλημένοι
Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.
Ὡς εὐτυχεῖθ', ὡς μακαρίως πεπράγατε.

O plurimum Theſeis ſatiati feſtis
Viri ſenes, in pauciſſimis farinis:
Vt felices eſtis: vt beatè feciſtis.

Reg. Quæ interpres de Theſeo per dolum interemto, de Athenienſibus, qui fame laborantes, coacti ſunt, Theſei necem vlciſci: de feſtis ipſi Theſeo inſtitutis, ſi quis intelligere volet, adeat interpretem. Ego, quod ad hanc ſcenam facit, huc refero. Theſeis feſtis ſatiatũ dixero, vel ruſticum, vel quẽuis pauperem, qui domi ſuæ tenui victu, ac vita arida, vt Tullius inquit, contentus, nõ niſi bene potus diſcedit, vbi ad ſatietatem edere ac bibere cõtingit. Quales videmus agricolas dominorum mẽſis adhibitos, cũ ſrecta conuiuari licet. Exigua autem in farina felicem dicas eum, qui ſua fortuna cõtentus latitat, nullius addictus imperio.

Car. Ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.
A pedibus ad caput tibi omnia dicam.

Reg. Adagium, eiuſdem ſenſus cum illo: ab ouo vſq; ad mala. Id eſt, à principio vſque ad finem. Quæ verò reſpondet mulier, tum quæ interpres in hunc locũ, quia morum potius ſapiunt corruptelam, quàm

eru-

eruditionem, prætereunda duxi, vt ab honesto instituto alienissima.

Mulier. νὴ Δί' εὐδαίμων ἄρ' ἦν
Ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος.

Per Iouem felix certè erat
Vir senex mari frigido lotus.

Interp. Ironia, felix pro infelici positus. Frigido autem mari dixit, propter frigidã senum naturã. *Reg.* Antiphrasis mulieris locus erit, cum ostendere volemus non rectè, vel contraria esse adhibita remedia. Vel cum id cuipiam datum est, quo non opus erat illi: & quod planè auersabatur, & abhorrebat: Senex dicatur mari frigido lotus. Vt, si homini grãdæuo niuem vel glaciem inseras in sinum. Vel, si adolescentẽ æstate ad loca ducas aprica.

Car. Ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα
Καθωσιώθη,

Postquam verò altari popana & prothymata
Sacrificata sunt.

Reg. Naturam prouerbij facilè induat, si opportunè adhibeatur. Popana sunt placentæ rotundæ ac tenues, priscorum sacrificijs adhiberi solitæ. Prothymata, præma-

[illegible] primi
[illegible] pof-
[illegible] alien-
[illegible]
[illegible] ligni
[illegible] fabulæ
[illegible] ad offel-
[illegible], & alia id
[illegible] ppom, qua-
[illegible] Institutio
[illegible] nolaně
[illegible] ten-
[illegible] venit ad
[illegible] Posterio-
[illegible] post mef-
[illegible] benedic, ni-
[illegible] calamitas.
[illegible] Imperae-
[illegible] respicien-
[illegible].

[illegible]

[illegible]

Furacitate autem videntes antecellit.

Interp. In multos iactatum cauillum? In rhetorem, & in eum, qui rempub.compilauit: in hoſpitem, & qui oculis malè ſit affectus. *Reg.* Conueniet in hominem bonarum artium quidem ignarum, & rudē: ſed qui ſceleſtisſimis quibuſq; fucum facere, & in omni genere facinorum poſſit anteuertere. Cæcus quidem eſt, (dicat quis) ſed etiam bene oculatis impoſturam facere nouit. Eum Horatius abnormem ſapiētem vocat.

Car. ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληξε κειμένη.

Sed me
Pultis olla quadam perterrefecit iacens?

Reg. Seruus è ſomno excitatus, non tympani, non tubæ ſono, non aliis ad honeſta munia obeunda ſignis, ſed ollæ ſtrepitu, non cuiuslibet ollæ, ſed quæ pulte referta erat. Ingenium ſeruile, palatum hians, tale quid ſemper ſomniat. Referri poteſt ad omnes menſarum aſſeclas, qui, vbi conuiuia parari ſentiunt, præſtò ſunt, vltrò deferentes operam.

ctatæ victimæ: vel res quælibet, quæ primũ sacrificetur. Hinc ducta metaphora possint eo derideri, qui tardè veniunt ad conuiuium. Vt dicamus, popana & prothymata iam sacrificata esse. Quibus verbis significemus, primum atq; præcipuum fabulæ actum esse absolutũ. Vt referatur ad offellas, oua sorbilia, panes dulciarios, & alia id genus: quæ primo loco solent apponi, quasi totius cantilenæ procemium. Itali sua lingua salsè dicunt: *Chi tardo arriua malamẽte cena. Et, A tal'hora possa arriuare la tempesta.* Prioris sensus est. Qui serò venit ad hospitium, incommodè cœnat. Posterioris sensus est à grandine: quæ si post messem, & post vindemiam è cœlo decidit, nihil adfert damni: nulla timenda calamitas. Sic illi: tali hora vtinam grando superueniat: scilicet, demessis segetibus: respicientes ad tardum conuiuæ aduentum.

Car. Εἷς μέν γε Νεοκλείδης. ὃς ἔστι μὲν τυφλός. κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

Vnus quidem Neoclides. qui quidem cæcus est.

Fur.

Furacitate autem videntes antecellit.

Interp. In multos iactatum cauillum? In rhetorem, & in eum, qui rempub.compilauit: in hospitem, & qui oculis malè sit affectus. *Reg.* Conueniet in hominem bonarum artium quidem ignarum, & rudē sed qui scelestissimis quibusq; fucum facere, & in omni genere facinorum possit anteuertere. Cæcus quidem est, (dicat quis) sed etiam bene oculatis imposturam facere nouit. Eum Horatius abnormem sapiētem vocat.

Car. ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη.

Sed me
Pultis olla quadam perterrefecit iacens?

Reg. Seruus è somno excitatus, non tympani, non tubæ sono, non aliis ad honesta munia obeunda signis, sed ollæ strepitu; non cuiuslibet ollæ, sed quæ pulte referta erat. Ingenium seruile, palatum hians, tale quid semper somniat. Referri potest ad omnes mensarum asseclas, qui, vbi conuiuia parari sentiunt, præstò sunt, vltrò deferentes operam.

ctatæ victimæ: vel res quęlibet, quæ primũ sacrificetur. Hinc ducta metaphora possint eo derideri, qui tardè veniunt ad conuiuium. Vt dicamus, popana & prothymata iam sacrificata esse. Quibus verbis significemus, primum atq; præcipuum fabulæ actum esse absolutũ. Vt referatur ad offellas, oua sorbilia, panes dulciarios, & alia id genus: quæ primo loco solent apponi, quasi totius cantilenæ prooemium. Itali sua lingua falsè dicunt: *Chi tardo arriua malamẽte cena. Et, A tal'hora possa arriuare la tempesta.* Prioris sensus est. Qui serò venit ad hospitium, incommodè cœnat. Posterioris sensus est à grandine: quæ si post messem, & post vindemiam è cœlo decidit, nihil adfert damni: nulla timenda calamitas. Sic illi: tali hora vtinam grando superueniat: scilicet, demessis segetibus: respicientes ad tardum conuiuæ aduentum.

Car. Εἷς μέν γε νεοκλείδης. ὃς ἔστι μὲν τυφλός. κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

Vnus quidem Neoclides. qui quidem cæcus est.

Fur.

Furacitate autem videntes antecellit.

Interp. In multos iactatum cauillum. In rhetorem, & in eum, qui rempub. compilauit: in hospitem, & qui oculis malè sit affectus. *Reg.* Conueniet in hominem bonarum artium quidem ignarum, & rudē: sed qui sceleſtisſimis quibusq́; fucum facere, & in omni genere facinorum posſit anteuertere. Cæcus quidem eſt, (dicat quis) ſed etiam bene oculatis impoſturam facere nouit. Eum Horatius abnormem ſapiētem vocat.

Car. ἀλλά με

Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη.

Sed me

Pultis olla quadam perterrefecit iacens.

Reg. Seruus è ſomno excitatus, non tympani, non tubæ ſono, non aliis ad honeſta munia obeunda ſignis, ſed ollæ ſtrepitu, non cuiuslibet ollæ, ſed quæ pulte referta erat. Ingenium ſeruile, palatum hians, tale quid ſemper ſomniat. Referri poteſt ad omnes menſarum aſſeclas, qui, vbi conuiuia parari ſentiunt, præſtò ſunt, vltrò deferentes operam.

ctatæ victimæ: vel res quælibet, quæ primũ ſacrificetur. Hinc ducta metaphora poſſint eo derideri, qui tardè veniunt ad conuiuium. Vt dicamus, popana & prothymata iam ſacrificata eſſe. Quibus verbis ſignificemus, primum atq; præcipuum fabulæ actum eſſe abſolutũ. Vt referatur ad offellas, oua ſorbilia, panes dulciarios, & alia id genus: quæ primo loco ſolent apponi, quaſi totius cantilenæ prooemium. Itali ſua lingua falsè dicunt: *Chi tardo arriua malamẽte cena*. *Et*, *A tal'hora poſſa arriuare la tempeſta*. Prioris ſenſus eſt. Qui ſerò venit ad hoſpitium, incommodè cœnat. Poſterioris ſenſus eſt à grandine: quæ ſi poſt meſſem, & poſt vindemiam è cœlo decidit, nihil adfert damni: nulla timenda calamitas. Sic illi: tali hora vtinam grando ſuperueniat: ſcilicet, demeſſis ſegetibus: reſpicientes ad tardum conuiuæ aduentum.

Car. Εἷς μέν γε νεοκλείδης. ὃς ἔϛι μὲν τυφλός. κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

Vnus quidem Neoclides. qui quidem cæcus eſt.

Fur.

Furacitate autem videntes antecellit.

Interp. In multos iactatum cauillum: In rhetorem, & in eum, qui rempub. compilauit: in hospitem, & qui oculis malè sit affectus. *Reg.* Conueniet in hominem bonarum artium quidem ignarum, & rudē: sed qui scelestissimis quibusq; fucum facere, & in omni genere facinorum possit anteuertere. Cæcus quidem est, (dicat quis) sed etiam bene oculatis imposturam facere nouit. Eum Horatius abnormem sapiētem vocat.

Car. ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρά τις ἐξέπληξε κειμένη.

Sed me
Pultis olla quadam perterrefecit iacens.

Reg. Seruus è somno excitatus, non tympani, non tubæ sono, non aliis ad honesta munia obeunda signis, sed ollæ strepitu, non cuiuslibet ollæ, sed quæ pulte referta erat. Ingenium seruile, palatum hians, tale quid semper somniat. Referri potest ad omnes mensarum asseclas, qui, vbi conuiuia parari sentiunt, præstò sunt, vltrò deferentes operam.

O plurimum Theſeis ſatiati feſtis
Viri ſenes, in pauciſſimis farinis:
Vt felices eſtis: vt beatè feciſtis.

Reg. Quæ interpres de Theſeo per dolum interemto, de Athenieñſibus, qui fame laborantes, coacti ſunt, Theſei necem vlciſci: de feſtis ipſi Theſeo inſtitutis, ſi quis intelligere volet, adeat interpretem. Ego, quod ad hanc ſcenam facit, huc refero. Theſeis feſtis ſatiatū dixero, vel ruſticum, vel quēuis pauperem, qui domi ſuæ tenui victu, ac vita arida, vt Tullius inquit, contentus, nō niſi bene potus diſcedit, vbi ad ſatietatem edere ac bibere cōtingit. Quales videmus agricolas dominorum mēſis adhibitos, cū ſarecta conuiuari licet. Exigua autem in farina felicem dicas eum, qui ſua fortuna cōtentus latitat, nullius addictus imperio.

Car. Ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ.

A pedibus ad caput tibi omnia dicam.

Reg. Adagium, eiuſdem ſenſus cum illo: ab ouo vſq; ad mala. Id eſt, à principio vſque ad finem. Quæ verò reſpondet mulier, tum quæ interpres in hunc locū, quia morum potius ſapiunt corruptelam, quàm

eru-

eruditionem, prætereunda duxi, vt ab honesto instituto alienissima.

Mulier. νὴ δί' εὐδαίμων ἄρ' ἦν
Ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος.

Per Iouem felix certè erat
Vir senex mari frigido lotus.

Interp. Ironia, felix pro infelici positus. Frigido autem mari dixit, propter frigidã senum naturã. *Reg.* Antiphrasis mulieris locus erit, cum ostendere volemus non rectè, vel contraria esse adhibita remedia. Vel cum id cuipiam datum est, quo non opus erat illi: & quod planè auersabatur, & abhorrebat: Senex dicatur mari frigido lotus. Vt, si homini grãdæuo niuem vel glaciem inseras in sinum. Vel, si adolescentẽ æstate ad loca ducas aprica.

Car. Ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα
Καθωσιώθη,

Postquam verò altari popana & prothymata
Sacrificata sunt.

Reg. Naturam prouerbij facilè induat, si opportunè adhibeatur. Popana sunt placentæ rotundæ ac tenues, priscorum sacrificijs adhiberi solitæ. Prothymata, præma-

ctatæ victimæ: vel res quęlibet, quæ primū sacrificetur. Hinc ducta metaphora possint eo derideri, qui tardè veniunt ad conuiuium. Vt dicamus, popana & prothymata iam sacrificata esse. Quibus verbis significemus, primum atq; præcipuum fabulæ actum esse absolutū. Vt referatur ad offellas, oua sorbilia, panes dulciarios, & alia id genus: quæ primo loco solent apponi, quasi totius cantilenæ proœmium. Itali sua lingua falsè dicunt: *Chi tardo arriua malamente cena. Et, A tal'hora possa arriuare la tempesta.* Prioris sensus est. Qui serò venit ad hospitium, incommodè cœnat. Posterioris sensus est à grandine: quæ si post messem, & post vindemiam è cœlo decidit, nihil adfert damni: nulla timenda calamitas. Sic illi: tali hora vtinam grando superueniat: scilicet, demessis segetibus: respicientes ad tardum conuiuæ aduentum.

Car. Εἷς μέν γε νεοκλείδης. ὃς ἔστι μὲν τυφλός. κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.

Vnus quidem Neoclides. qui quidem cæcus est.

Eur.

Furacitate autem videntes antecellit.

Interp. In multos iactatum cauillum. In rhetorem, & in eum, qui rempub. compilauit: in hospitem, & qui oculis malè sit affectus. *Reg.* Conueniet in hominem bonarum artium quidem ignarum, & rudē: sed qui scelestissimis quibusq; fucum facere, & in omni genere facinorum possit anteuertere. Cæcus quidem est, (dicat quis) sed etiam bene oculatis imposturam facere nouit. Eum Horatius abnormem sapiētem vocat.

Car. ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληξε κειμένη.

Sed me
Pultis olla quaedam perterrefecit iacens.

Reg. Seruus è somno excitatus, non tympani, non tubæ sono, non aliis ad honesta munia obeunda signis, sed ollæ strepitu, non cuiuslibet ollæ, sed quæ pulte referta erat. Ingenium seruile, palatum hians, tale quid semper somniat. Referri potest ad omnes mensarum assеclas, qui, vbi conuiuia parari sentiunt, præstò sunt, vltrò deferentes operam.

Si quæras, qua cauſa, & quid venerint, re ctè reſpondebitur, ollæ ſtrepitu terrefactos accurriſſe.

Car. Περιῆλθε τοὺς βωμοὺς ἅπαντας ἐν κύκλῳ,
Εἴπου πόπανόν εἴη τὶ καταλελειμμένον.

Circuibat omnia altaria,
Si fortè popanum aliquod eſſet relictum.

Reg. Itidem quadrat in paraſitos, quos Germani vocant, *deller lecker:* hoc eſt quadras vel orbes lingentes. Itali, *leccapiatti,* paropſides lingētes. Hos in allegoriis meis, quos in Homeri Batrachomyomachiam ſcripſi, lichopinaces & Lichenores vocari poſſe admonui: felici Græcorũ nominum compoſitione, ab Homero mutuo ſumta. Qui peracto conuiuio, oberrant analecta quæritantes: hi vel à mediaſtino gratiam inire ſolent, vt in culina deliteſcere, & nidore ſatiari liceat. Vſus erit, ſi quem videamus circumſpectantem, habitu & adſpectu mendici: quæramus num popanum aliquod relictum putet. Itali his verbis id genus homines perſtringere ſolent: *Coſtui cerca qualche coſa mal gouernata:* Iſte neſcio quid ſcrutatur malè cuſtoditum & ſeruatum

tum. Sentiunt occasionẽ furti ab eo quęri.

Car. Ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα δριμύτερον γαλῆς.

Præ timore vehementius pedens mustela.

Reg. Italos crediderim pręsertim, qui in agro Ticinẽsi, hinc accepisse vulgare illud, in eum qui fœtentem emittat crepitũ ventris: pedit enim, aiunt, vt mustela. Ab animalis natura ductum. In eos, qui vim faciẽtes postico, & crepitum, ne clarè audiatur, comprimentes, enecant fœtore circumstãtes. Hoc si quando vsu veniebat Diogeni, sentio, dicebat, me circumueniri. Nempe, quocumq; se verteret, flatum odorabatur, per posticum emissũ, fœtore intolerabilẽ: neq; suspicari licebat, vnde emissus.

Car. οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω.

Non enim tus pedo.

Reg. Adagium notissimum de illis, quorum etiam vitia placẽt omnibus: qui, quidquid dicunt, aut faciunt, rectè dicere & facere existimantur, quasi etiam stercus eorum oleat vnguentum.

Car. σκατοφάγον λέγω;

Merda vescentem dico.

Reg. Epitheton Aesculapij, ab hoc vno scriptore illi tributum. Sed quia seruus loquitur, obliquè medicos perstringi opinor. Rustici enim & plebs imperita, medicos ait occupatos esse circa vrinam & excrementa humana. Loquuntur, vt sapiunt. Quid enim fæx ista hominum sciat, quodnam sit artis alicuius subiectum siue materia? Atqui nasum habent, cum mentem non habeant. Aiunt etiam medicos lotio, & stercore victitare. Metonymicῶς, pro nummis stercorum & lotij inspectione & consideratione partis, vitam tolerare. Ad lucrum respiciunt. Sed hic locum, quasi iure quodam suo sibi poscit apophthegma sale dentato refertum: quo, me audiente, comatulum quemdam cerdo perstrinxit in iurgio. Res ita habet: hic, quem dico, cerdo, atq; comatulus ille, mutuis se conuitiis proscindebant ac lacerabant. Cerdonem ille modo ex hirco natum, quo Italis nullum est contumeliosius dictum: modo furem, modo ignominiosissimum omniũ vocabat. Verum cerdo nihil aliud ad tam insignẽ respondit contumeliam, præterq̃

quòd identidē repetēs inculcabat hæc verba: *Mangia piscina*, q̀ est vescere lotio: vrinā ede. Hærebā ego auditor & spectator otiosus in dicto: primū videbat mihi nominis diminutio, piscina, à pisce deducta: sed ab aliis circūstantibus, auidisq; auribus & animis nouū conuitij genus arripientibus, edoctus didici esse idem quod vrina. Neq; hic inesse quidquā leporis, aut salis videbatur: Pergo odiosus interpellator, quærens quorsum ista. Tum quidā totius scenæ gnarus & conscius, admonuit me vxorem illi⁹ delicatuli esse parum pudicam: maritū autē consciū adulterij, adulterū pecunia numerata, admittere ad vxorem, atq; ita vxoris pudicitiam habere venalem, sed ignorationis simulatione tam fœdam prætegere culpam. Ea vbi audiui, non sine cachinno figuratum conuiciandi genus assecutus sū. Nempe voluntariū currucā, qui vxorē prostituat, atq; eo q̄stu se tueat, lotio victitare.

Car. Ἐντοῦθα νῦν κάθησο καταπεπλασμένος.
Ἵν' ἐπομνύμενον παύσω σε τῆς ἐκκλησίας.

Hic nunc sedeto, cataplasmate oculos obductos habens:
Vt te peierantem à concilio depellere queam.

Reg. In homines imperitos, qui concilio adhibiti sedent, quasi oculis capti: neq; vident, quid opus facto: neq; si vident, enunciare sciunt, quid sit ex vsu reipublicæ. Peierantem autem arcere à concilio: est rabulam infamem prohibere congressu: ne turpiter oblatrando impediat honesta consilia. Vel hominem labefactatæ fidei non admittere ad consultationem.

Car. Εξηξάϊλω οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεώ.

Exierunt igitur duo dracones è templo.

Reg. Quid sibi velint duo dracones è tẽplo egressi, quærat quis: in promtu est interpres cuius hæc sunt verba: dracones dicuntur à δέρκω, id est video. Est enim animal acutè videns, Asclepiadæ consecratũ. Cuius rei ratio est, quòd senectã deponit; & ars medica iuuentutem natura seruat, morbos pellens. *Car.*

Οσοι δ' ἐπλούτουν οὐσίαν τ' εἶχον συχνὴν,
Ουκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι,
Οφρῦς συνῆγον, ἐσκυθρώπαζόν θ' ἅμα,

Quicumq; ditescebant & multas habebant facultates,
Non ex iusto victum lucrati,

Su-

Supercilia contrahebant, & mæſti oculos demittebant.

Reg. Deſcriptos vides hoc loco diuitum auarorum mores. Qui poſtquã opes per fasq; nefasq; congeſſerunt, fronte prodeũt contracta, demiſſis oculis, ſiue de pecunia furtim defoſſa, vel alio quouis modo recõdita, ſolliciti, ne furto ſubtrahantur: ſiue quod hominum congreſſum fugiunt, ne cui vel mutuo dare pecuniam, vel commodare aliqua re cogantur, ſi quempiam admittant in familiaritatem. Inſubres ex huiuſmodi hominum inceſſu, & pileo in oculos demiſſo colligunt, eos frumenti copiam habere repoſitam, qua annonã flagellare poſſint. Suo idiomate dicunt: *Egli hà del grano da vendere: perciò tira il capello nelli occhi, per non guardare in faccia alli amici.*

Car. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν εἰσιοῦσιν ἀγγελεῖ,
Ὡς ἄλφιτ᾽ οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ.

Nemo enim nobis incedentibus nunciabit,
Farinam non eſſe in ſacco.

Reg. Iactantia diuitum ſordidorum: qui nihil turpius exiſtimant, quam inopia laborare. Nemo nobis obiiciet inopiam: non eſ-

ſe

se nobis farinam. Negotiatores enim & rustici famam paupertatis fugiunt, vt crimen execrãdum. Sic Carion hoc loco Plutum nactus, gloriatur iam non se amplius obnoxium paupertatis occentui. Quadrabit ẽt in imperitum: de quo Itali, *Non hà farina: non hà sale in zucca.* Quibus verbis significant, intellectum eius disciplinis & bonis artibus esse vacuum. *Chr.*

Βάλλ' ἐς κόρακας, ὡς χαλεπόν εἰσιν οἱ φίλοι,
Οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ' ὅταν πράττῃ τις εὖ.

Mitte ad coruos: vt res difficilis, amici sunt,
Qui simul atq; bene agi cœptum est cum aliquo, præsto sunt.

Interp. Chremylus conqueritur, & iniquo animo fert, se à multis salutari, & blandè compellari: qui antea in re angusta, ne adspectũ quidẽ dignati erant: nunc assentando gratiam aucupantur, quia ditatum vident. Huc refer illud.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Item illud.

In pretio pretium nunc est: dat census honores:

Cen-

Cenſus amicitias: pauper vbiq́ iacet.
Sexcenta ſunt eiuſdem generis huc pertinentia. Sed huic Chremylo, ſocium dare libet, moribus & fortuna ſimillimum. Garlaſcenſis quidam in agro Ticinenſi mediocri fortuna, aliquot annos altilia nulla habuit: propterea quod vel litibus exhauſtus, vel numeroſa prole onuſtus, non haberet vnde vel pararet, vel alere poſſet: in anguſtum enim coactæ erant copię. Verum hieme ęquales conuenire ſolent diebus feſtis, & modo in huius, modo in alterius cellam vinariã conferre ſymbola: atq́; ita comeſſationibus & iocis, Scyphos ſorbillantes, tempus traducere. Hic autem, quem dico, vir bonus, quia neq́; farcimina, nec aliud opſonij genus, quod conferret, habebat; aſymbolum venire nefas erat: à nemine vocatus, ferè deſertus ac contemtibilis habebatur: ſomnium de eo, atq́; ſilentium perpetuum, qui antea in re lauta, gratioſus apud omnes eſſe conſueuerat: cuius omnes certatim affectarant conſuetudinem.
AEgrè id quidem tulit: amarus ille trochiſcus: at deuorandus erat, palato pa-

palato reclamante:latitandū erat, & mussitandum. Paullo post, vt non semper eadem est fortuna, reparatis viribus, & re familiari meliusculè constituta, porcum sagi nauit. Is porcus fortè cauda mutilus, ridiculæ comœdiæ, ac lepido scommati locum fecit. Diebus enim quibus à rusticis operibus feriati, consueto more, loca repetunt consueta conuiuæ; redeunt symbola: conquiruntur sodales: condictæ cęnæ, condicta statis horis prandia. Sed quia notum erat hunc amicum, iamdudum limine pulsum, mactato porco facilè posse conferre symbolum: arcessitur: salus mittitur: certatim omnes vocant ad conuiuium: de statu rerum percontantur: deferunt officia. Ille ad blandas compellationes, ad salutationes officiosas, nihil planè respondit, pręter quàm quòd salutatus ab aliquo, per apostrophen alloquebatur porcum, his verbis: tibi, mutile, acceptas fero vocationes, & salutationes. Diceret amicus, salue: ille gratiam habeo tibi mutile. Alius quis te volo conuiuam: ille, bene sit tibi mutile. Cū sæpe salutatus, eodem modo semper respon-

dis,

diſſet, neque oboleret cuiquam, vnde, aut quorſum tam inuſitata reſponſio. Tandẽ allegatur, cui fides apud eum, qui ſciſcitaretur, quidnam ſibi vellet. Ille cauſſam apẽ ruit, his verbis: quo tempore per rei familiaris anguſtiam, non licuit mihi ſaginare porcum, nemo me vocauit; omnibus fui deſpectui. Hic autem meus porcus mutilus mihi multos cõciliauit amicos, & qui à me deſciuerant, eos quaſi poſtliminio reduxit in gratiã. Huic igitur vni debeo, quidquid honoris mihi habetur; omnem officiorum delationem, omnes vocationes. Is niſi foret, nihilo magis me cõuiuam expeterent, quam dudum. Similiter huic Chremylo vſu venit. Paullò enim poſt inquit. *Chr.*

Εμὲ γάρ τίς οὐ προσεῖπε; ποῖος οὐκ' ὄχλος
Περιεστεφάνωσεν ἐν ἀγορᾷ πρεσβυτικός;

Me enim quis non allocutus eſt? quæ turba
Senilis non circumſtetit in foro?

Reg. Opulentos officij gratia circumſtant & proſequuntur omnes. Sed quòd turbam nominat ſenilem, hoc ad auaritiã ſenum referendum eſt. De quibus Cicero ſic: quo minus viæ reſtat, eò plus quærunt

via-

viatici. Et Terentius: vnum hoc vitium affert senectus hominibus: Attentiores ad rē sumus, quàm sat est. *Iust.*

Ἐγὼ γὰρ ἱκανὴν οὐσίαν παρὰ τοῦ πατρὸς
Λαβὼν, ἐπήρκουν τοῖς δεομένοις τῶν φίλων,
Εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.

Ego enim sufficientem facultatem à patre
Nactus, indigentibus amicis elargitus sum,
Vtile id esse existimans ad vitam.

Reg. Viri boni, & secundum præscripta diuina viuentis imaginem habes: Nec mirum: iustus enim introducitur loquēs, quæ ad iustitiam pertinent. Acceptas, inquit, à patre diuitias indigentibus communes facio. Hoc videlicet confert ad vitæ honestatem. Siue respicias dignos homine Christiano mores: siue humanæ vitæ societatē: certè vtile est, opibus iuuare penuria p̄ssos.

Iust. Κομιδῆ μὲν οὖν. κἀγὼ μὲν ᾤμην οὓς τέως
Εὐηργέτησα δεομένους, ἕξειν φίλους,
Ὄντως βεβαίους, εἰ δεηθείην ποτέ.
Οἱ δ' ἐξετρέποντο, κοὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔτι.

Valde quidem (subaudi sum miser) & eos putabam, quibus tunc
Benefecerā indigētibus me habiturum amicos

Re vera stabiles & firmos, si quando laborarem inopia:
Illi verò auersi sunt, & non videntur me amplius adspicere:

Reg. Pessimè cohæret cum superiore. Hic enim immemoris & ingrati, ibi viri boni ad bene merendum procliuis & expediti est exemplum. Huc pertinet illud Diogenis: nihil citius senescit, quàm gratia, quod etiam Aristoteli adscribunt. Gratias autē pingunt tres: auersam vnā, aduersas duas. Quo commento significare volunt, acceptum beneficium non modo obliuione non delendum, sed etiam duplicandum esse. Quòd autem Gratiis addunt socium Mercurium: id ego sic interpretor, vt verbis saltem amicis & ex animo gratias agere studeat, qui merita reponere non possit. Sed hodie ne Diogenis quidem lucerna quæsitum inuenias, qui perfunctus periculo, liberatorē agnoscat. Pompeius ille magnus, Marcellinum, vt Plutarchus: Marcellum, vt alij: quē euexisse putabatur, qui relicto Pōpeio ad Cæsarē se contulerat, multaq; in senatu cōtra Pōpeium dicebat his verbis

castigauit: non te pudet, ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico ita refertus, vt vomitum non teneas? Eo pacto ingrati animi vitium obiecit. Plura exempla aliunde congeras.

Car. Τὸ τριβώνιον δὲ, τί δύναται πρὸς τῶν θεῶν;

Vestis autem trita quid potest apud Deos?

Reg. Virum bonum agricola ridet, qui leuissimum in templo munus offert. Hoc sensit, nempe, Dijs non esse curę pauperes: neq; pauperum dona illis esse grata. Opes sibi paret, qui ad Deorum adspirat gratiã & clientelam: crumena veniat, auro & argento referta. Hæc autem omnia obliquè in mores Atheniensium corruptissimos: qui magis solliciti sint de diuitiis cumulandis, quàm de cultu Deorum. Planè impietatē olet ironia, & ad ætatis nostræ multos referri potest: quorum Deus & venter est, & mammona.

Car. Ὡς σοβαρὸς, ὦ Δάματερ, εἰσελήλυθεν
ὁ συκοφάντης.

Vt superbus, o Ceres, ingressus est
sycophanta.

Reg. In parasitos, qui dominorum, quã

assentando promeriti sunt, beneuolentia
freti, omnes præ se contemnunt.

Car. Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

Sed non inest sycophantæ morsus.

Interp. Non est annulus sycophantæ: id est, non habet vim aliquam contra sycophantas, quemadmodum contra morsus serpentum. *Reg.* Adfert etiã alia interpres, vbi enarrat quo pacto, qui annulos habent venales, solent gemmarum, quæ auro circumclusæ sunt in illis, exponere virtutes. Hæc gemma, aiunt, hoc præstat, hac natura, hac prædita virtute. Hic autem, cum sycophanta quæsisset à viro iusto, vnde haberet vestem nouam: quia paullò ante viderat eum trita & lacera indutum: respõdet iustus, nihili te facio, quia annulum habeo in quo antidotum cõtra venenum. Respõdet Carion: at nihil potest annulus contra morsum sycophantæ: à sycophanta enim illo ipso momento deridebatur. De sycophantis autem Græci vsurpant dictũ, quo ludentes in similitudine vocum, melius esse aiunt, in coruos incidere, quàm in adulatores & sycophantas. Minus enim noxios

eſſe coruorum, quam ſycophantarum morſus. *Μᾶλλον εἰς κόρακας, ἢ ἐς κόλακας.* Potius ad coruos, quam ad ſycophantas. Bias Prienæus, interrogatus, quódnam eſſet animal omnium maximè noxiũ, ſi de feris, inquit, percontaris, tyrannus: ſi de domeſticis, adulator. Diogenes idem, ſed paullò aliter: Interrogatus quænam beſtia morſum haberet præ aliis pernicioſum: reſpondit, ſi de feris interrogas, obtrectator: ſi de manſuetis, adulator.

syc. ὖ ὖ. ὖ ὖ. ὖ ὖ. *Hy hy. hy hy. hy hy.*

Interp. His litteris ſæpe repetitis, oſtendit ipſum redolere carnem ſuillam. Aduerbium ſignificans admirationem. Vel etiã hoc dicit odorem ſentiens. *Reg.* Onomatopoeia, porcorum imitans grunnitum. Conuenit aũt amarulentæ irriſioni: cũ vel porcinis moribus, vel aliàs graueolentem quempiam notare volumus.

syc. οἴμ' ὡς ἄχθομαι
Ὅτι χρηστὸς ὤν, καὶ φιλόπολις, πάσχω κακῶς.
Iuſt. Σὺ φιλόπολις καὶ χρηστός; *syc.* ὡς οὐδεὶς ἀνήρ.
Iuſt. καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι. *syc.* τὸ τί;
Iuſt. Γεωργὸς εἶ; *syc.* μελαγχολᾶν μ' οὕτως οἴει;

Iuſt.

Iust. Ἀλλ' ἔμπορος; *syc.* ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω.

Iust. Τί δαί; τέχνην τίν' ἔμαθες; *syc.* οὐ μὰ τὸν δία.

Iust. Πῶς οὖν διέζης, ἢ πόθεν μηδὲν ποιῶν;

syc. τῶν τῆς πόλεώς εἰμ' ἐπιμελητὴς πραγμάτων, καὶ τῶν ἰδίων πάντων.

Syc. *Hei mihi quam doleo.:*
Quòd cum vir bonus sim, & ciuitatis studiosus, malè mecum agitur.

Iust. *Tu amicus ciuitatis, & vir bonus?*
Syc. *vt nemo magis.*

Iust. *Et quidem interrogatus responde mihi.*
Syc. *Quid?*

Iust. *Agricolane es?* Syc. *Insanire sic me putas?*

Iust. *An verò mercator?* Syc. *adsimulo certè pro re nata.*

Iust. *Quid autem? artem aliquam didicisti?*
Syc. *non per Iouem.*

Iust. *Quomodo igitur vitam toleras? aut unde, cum nihil facias?*

Syc. *Sum curator rerum ciuilium, & omniũ priuatarum.*

Interp. Quẽadmodũ, qui insaniũt, cõsuetu-

dinem populi fugientes, solitudinem petũt: ita agricolarum vitam insaniam vocat: vt quæ in agris degitur. Quidã ciues, quãdo tributum à ciuitate persoluendum est, mercaturam se facere simulant, tributi solutionem hoc prætextu effugere cupientes. Huiusmodi enim homines immunes seruabantur à tributo: vt qui plurimum vtilitatis negotiatione sua adferrent ciuitati. Id propter Sycophanta se mercatorem aliquando fingere dicit, si in rem futurum videat. *Reg*. Ridiculum, quòd parasitus se curatorem rerũ publicarum profitetur. Ego ad πολυπραγμοσύνην referendum puto: hoc est, ad curiositatem. Peculiare enim est eorum, qui nullam artem didicerunt, neq; reditus vnde viuant: & tamen à vulgo seiunctos se existimari volunt: vt præsto sint, vbi opus aliquod publicum faciẽdum locatur: vel redimitur. Non vt ipsi redimant, aut sociorũ mancipes esse velint: sed vt redemptoribus offerant sese operarum exactores: quos Itali vocant *soprastanti*. Hi luculentã per primates, quos assentando ac prensationibus sibi deuinxerunt, pacisci mercedẽ

ſolent: atq; ita publica procurare cõmoda videri. Talem hic ſe ſycophanta profitetur. Sed tu lector etiam atq; etiam vide ac perpende viri iuſti interrogationem, qua vt inutilem ſibi, ac reipublicæ parum amicum redarguit nebulonem. Perpende etiã reſponſum tali homine digniſſimum. Inſaniam exiſtimat, opus ruri facere: quod priſci Romani nobiliſſimi ſummæ ſibi laudi duxerunt. Collige locum à coniugatis, ineptiſſimum. Inſania eſt agri colendi ſtudium: inſanus igitur, quicumq; agrum colit, & qui agri cultura delectatur. Eructant fauces fœdiſſimæ ſpiritum turpiſſimum, & in omnem ætatem execrandum. Præterea artem ſe nullam didiciſſe affirmat etiam iureiurando: ne quid reliquum faciat, ad turpitudinem, & infamiam. Quaſi probrum ſit, & ignominioſum, arte quapiam tolerare vitam. Hic non præteribo laudabilem meæ patriæ conſuetudinem. Si quis ſumtuoſo veſtitu ornatus, obambulat per ciuitatem nulli cognitus: accurrunt continuò lictores: cuias ſit, percontantur: quid venerit, quo ſibi quæſtu vitam propagare con-

 ſue-

ſueuerit. Vbi cognitum eſt, neq; artem eũ tenere vllam, neq; reditum ad vitã in otio degendam: edicto magiſtratus è medio iubetur abire: docetur, capitale eſſe pauperculo, otioſum diuagari per plateas. Huius autem conſuetudinis, ac conſtitutionis, hanc eſſe cauſſam, & rationẽ, didici à meis parentibus: Ardeliones iſti lautè viuere, ſcortari, & per popinas ambulare volũt: ad hoc vitę genus marſupium requiritur bene nummatum. Quod ſi deſit, furto & latrocinio victitant: viarum obſeſſores vbiq;, nemo iter facere tutò poteſt: negotiationes, commercia impediuntur. Hæc incommoda planè ſublatum iri credunt, ſi ignauis illis heluonibus maleficiorum præripiant occaſionem. Atq; ſilebo ego ſanctiſſimum in his optimi principis, Comitis à Fonte, in gladiatores, latrones, & ſicarios edictum? nequaquam. Simillimum enim, adeoq; ſapientius ſancitum eſt, quam quod de patriæ meæ conſuetudine dixi. Hic Inſubriæ præfectus bene oculatus, publicæ tranquillitatis ſtudioſiſſimus, ſumma in Deum atque Diuos pietate, videns impunitate ſcelerũ
fieri

fieri peiores quosdam gladiatores, sycophantas, diuitiorum ac nobiliorum pedisse quos: sericatos & armatos obuium quemque virum conuitiis lacessere, pulsare, etiã vltro infligere vulnera: magistratuum ius dicentium, senatorum, ipsius adeo principis consessu pro solitudine abuti: ac, si quis actionem iniuriarum intendere, nomina facinorosorum hominum deferre ausus esset procerum manus adesse: malum minitari: metu atq; capitis periculo proposito à nominis delatione absterrere. Præsens commentus est huic malo, in dies grassanti, radicesq; agenti remedium. Promulgauit edictum, quo triremibus destinauit, si quis, vel gladiatoré professus, cuipiã eo genere præstaret operam: vel si quis id genus lanistas aleret domi suæ. Nec his contentus, nonnullos etiã per vias ambulantes adspectũ & habitũ præferentes gladiatorum suspectos habuit, atq; dignos cẽsuit, qui in idẽ ergastulũ detruderentur. Et quò magis ad mireris ingenium tanti viri, triremem exędificandã curauit, cui nomen inditum *La Braua.* quasi gladiatoriã ac ferocem dicas:

quod

quòd gladiatoribus addicta, & quasi ferociæ præmium constituta sit. Bone Deus, quanta animi mei voluptate cõsuetudinẽ meæ patriæ repetere memoria, mecumq; in sinu gaudere cœpi: cœpi item precibus totos affectus effũdere: principi omnia secunda precari: potentissimi Hispaniarum Regis cõsilium laudibus ad cœlum tollere: qui de publica salute & cõmodo sollicitus, huic vni summam rerũ apud Insubres decernendam esse censuit. Rideas nunc mystachatos, vt ita dicam, inermes, contracta fronte, manibus sub pallio complicatis incedere mœstos: pseudocatones dicas, minimo minus. Quod si mecum sentiant oẽs precibus Deum Opt. atq; Diuos sollicitẽt, vt ne patiantur, tam pium tamq; vigilantẽ Gubernatorem à tam sancto instituto, tam pia mente vel hostium impetu, vel scelestorum conspiratione, vel alia quauis ratione abduci. Id si fiat, ac si meis votis diuorum pateãt aures, non dubito, quin Mediolanensis Diœcesis, omnibus & vicinis, & longinquis vrbibus ac prouinciis inuidiosa sit futura. Sed redeo ad sycophantam.

Syc.

Syc. Οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πόλιν
Εὐεργετεῖν μ᾽ ὦ κέπφε, καθ᾽ ὅσον ἂν σθένω;
Iust. Εὐεργετεῖν οὖν ἐστι τὸ πολυπραγμονεῖν;

Non enim fortasse decet me de mea ciuitate
Bene mereri, o Cepphe, quantum possum?
Iust. *Bene facere, igitur est curiosum esse?*

Interp. Cepphus pro stulto, & loquace positum. Aiunt enim Cepphum esse simplicissimum & loquacissimum. Auis enim est, quæ spuma delectatur maris, qua vescitur. Hanc pueri piscatorum capere volentes, primum longè proiiciunt spumam: deinde propius: postremò manibus ferunt. Et sic paullatim fallentes eam facilè capiunt, in manus ipsorum inuolantem. Hinc abiit in prouerbium, in homines ineptos & stultos. *Reg.* Volupe est, &, vt verũ fatear mihi placeo de commento, quo verba sycophantæ ad curiositatem esse referenda censui: qui se res publicas & priuatas curare dixerat. Ipsum enim Aristophanem, sub persona iusti, meæ opinionis habeo subscriptorem. Bene inquit iustus, facere is tibi videtur, qui curiosè res inquirit alienas?

Syc. Τὸ μὲν οὖν βοηθεῖν τοῖς νόμοις, τοῖς κειμένοις

Καὶ

καὶ μὴ 'πιτρέπειν πότ' ἤν τις ἐξαμαρτάνῃ.

Hoc quidem est auxiliari legibus latis,
Neq; condonare, si quis peccet.

Reg. Considera sententiã nebulonis; suo se gladio iugulantis. Cum ipse nihil rectè faciat, negat veniam deberi peccantibus. In hoc calciamento pedem habet: huc tendit summa verborum eius: ordinibus fucũ facere, per fraudem aliena interuertere, publica seuocare in vsum priuatum. Id scilicet isti est, nihil peccare. Percõtetur ab hoc quispiam, quid per peccatum intelligat: egregiam proferet rei definitionem. Tu lector confer exempla: numerosum reddideris gregem eorum, qui cum sycophanta sentiunt.

Iust. Οὐκοῦν δικαστὰς ἐξεπίτηδες ἡ πόλις
Ἄρχειν καθίστησι.

Igitur iudices frustra ciuitas
Constituit, vt imperent.

Reg. Interpres vocabulũ ἐξεπίτηδες, exponit, ex necessitate, vel frustra. Ego hunc sensum elicio: si tui similes hoc prẽstãt reipublicæ, vt legibus sint auxilio, frustra magistrat⁹ creãtur. Atq; minora subsellia videtur

tur illudere. Sensit idem, nisi valde erro, interpres. Facessat igitur, necessitas.

Syc. κατηγορεῖ δὲ τίς;
Iust. ὁ βουλόμενος. Syc. οὐκοῦν ἐκεῖνός εἰμ' ἐγώ.
Ὥστ' εἰς ἔμ' ἥκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα.

Syc. *Quis autem accusat?*
Iust. *Qui vult.* Syc. *Igitur ille ego sum.*
Itaq; ad me veniunt res ciuitatis.

Reg. Rationem Sycophantæ nominis obserua. Delatorem autem, vel potius quadruplatorem intellige: qui quartam partē bonorũ damnati, & proscripti adipiscebatur. Igitur addit, res ciuium ad se venire, se occupare bona ciuium, quorũ nomina detulisset. Atq; tam ignominioso quæstu se victitare.

Syc. Ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις.
Sed vitam ouis dicis.

Interp. Ouis, id est, stulti & dementis: ab imbecillitate, vel dissoluta rerum distributione: vel, quòd oues nihil planè operãtur. *Reg.* Homo bruto simillimus, qui terræ põdus inutile, fruges tantũ consumere natus est. quemadmodũ inquit Horat. sycoph. perit quasi sorex: vt loquitur Terẽtius. suo.n.

pe-

penicillo ſuis ſe coloribus depingit. ſuis verbis ſuæ vitæ inſtitutum prodit.

Iuſt. Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; *syc.* οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι

Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ βάττου σίλφιον.

Non autem mutaueris ſententiam? Syc. *non etiam ſi dares mihi*

Plutum ipſum, & Batti ſilphium.

Interp. Battus Cyrenen condidit, cum veniſſet à Thera inſula, contra Cretam. Hunc Libyci venerantes, obtulerunt ei ſilphium, ſeu laſerpitium, optimum olerum. Ipſum etiā in numiſmatis ſculpſerunt: qui & regnum & ſilphium à ciuitate accepit: quemadmodum Ariſtoteles in repub. Cyrenæorum. Hinc prouerbium in eos, qui præcipuas & excellentiores dignitates accipiunt. *Reg.* Plura non addam illis, quæ interpres. Vnum hoc non prætermittendū videtur, ſi neges te pretioſiſſimis muneribus adduci poſſe, vt vel dicas, vel facias aliquid: dicas, ne Batti quidem ſilphio ſeu laſerpitio adductum iri.

Car. Σὺ γὰρ ἀξιοῖς τ' ἀλλότρια πράττων ἐσθίειν;

Tu enim dignum putas, te res alienas agentem

tem comedere?

Reg. Interpres in hunc locum nihil planè. Quid aliis videatur, non quæro: quod mihi videtur, in medium profero. Vſurpari poterit in eum, qui cum alijs operam præſtet, alterius ſumtu viuat. Exemplo ſit cauſſidicus quiſpiam, qui ad Senatum vel ad Principem proficiſcatur ſumtu clientis. Contingat, vt in idem hoſpitiũ diuertat, vbi aduerſarij ſit patronus. Vbi uentum ad calculos, & rationes conferantur, idem litigator vtrumq; redimat; de cauſſa ſollicitus impedita. Tunc huic locus erit dicto: cauſſam agis alterius, & mea quadra viuis? Quadrabit etiam in villicos vel ſeruos: qui, dum ſe fide ac religione ſua prohiberi dicunt, rem herilem labefactare, ſine metu religionis, liberè diſſipant aliena & abſumunt.

Syc. Ὁρᾷς, ἃ ποιεῖς; ταῦτ᾽ ἐγὼ μαρτύρομαι.

Car. Ἀλλ᾽ οἴχεται φεύγων, ὃν ἦγες μάρτυρα.

Syc. *Vides, quæ facis? Hæc ego teſtificor.*

Car. *Sed fugiens abit, quem adduxiſti teſtẽ.*

Reg. Conueniet in temerariũ, qui inconſulta feſtinatione, vel bile excæcatus, quidpiã

facit. Quod Terentio & Plauto opus calidum dicitur, imitatione Græcorum. De teste autem fugiente, quod dicit, accommodari poterit in testes adornatos, vel mercede conductos, qui in acri ac seuera caussæ discussione cespitant: vel si vocētur in quæstiones, latitant, rei cognitionem abiurantes.

Iust. Μὴ δῆτ᾽. ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

Non certe. Iamdudum enim Pluto sacratum est.

Interp. Sacrum dicunt, quod Dijs consecratum est. *Reg.* Ego verò, nisi meipsum seduco, dignum quid animis & auribus afferam illorum, qui & salibus delectantur: & oculis vident non lippis, quæ in dictionibus venustas, quod in vsu artificium. Esto sordidus quispiam, qui, quid nummus valeat, ignoret: veste obambulet trita, & bene vncta: pileum item gestet, qui vt loquūtur in agro Ticinensi, multos prætores abire magistratu viderit: hoc est, multorū annorum spatio vel cariem (sic dicam) contraxerit. Transumtione per prætores biennium: per biennium, multos annos: & per con-

consequens pilei vetustatem significantes. Hunc pileum, vel vestem illam, si quis per otius, neget hominem decere opulentum: respondeat alius, vtrumq; scilicet vestem, & pileum Pluto esse consecratum: nefas esse deponere, quæ gestet voti reus. Per ironiam sordes excusat: honesto quidem colore, sed re vera accusat auaritiam & sordes. Quòd enim Pluto consecratum pileũ dicit, habendi amorem, &, vt Maro, auri sacram famem intelligit: quæ non permittat auaro, vel vestem, vel pileum facultatibus congruentem parare: ne vnciatim congestus aceruus, vilem redigatur ad assem. Sit igitur sensus: si hominem in re copiosa laceris vestibus indutum videro: dicam eum vestes Pluto sacratas gestare.

καρ Επειτα ποῦ κάλλιον ἀναθεθήσεται,
Η παρ' πονηρὸν ἄνδρα, καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.

Postea vbi melius dedicabitur:
Quàm circa malum virum, & parietum perfossorem?
Plutum autem decet honestis vestibus ornari.

Reg. Carion sentit, vestes laceras nõ de-

facit. Quod Terentio & Plauto opus calidum dicitur, imitatione Græcorum. De teste autem fugiente, quod dicit, accommodari poterit in testes adornatos, vel mercede conductos, qui in acri ac seuera caussæ discussione cespitant: vel si vocētur in quæstiones, latitant, rei cognitionem abiurantes.

Iust. Μὴ δῆτ᾽. ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

Non certe. Iamdudum enim Pluto sacratum est.

Interp. Sacrum dicunt, quod Dijs consecratum est. *Reg.* Ego verò, nisi meipsum seduco, dignum quid animis & auribus afferam illorum, qui & salibus delectantur: & oculis vident non lippis, quæ in dictionibus venustas, quod in vsu artificium. Esto sordidus quispiam, qui, quid nummus valeat, ignoret: veste obambulet trita, & bene vncta: pileum item gestet, qui vt loquūtur in agro Ticinensi, multos prætores abire magistratu viderit: hoc est, multorū annorum spatio vel cariem (sic dicam) contraxerit. Transumtione per prætores biennium: per biennium, multos annos: & per

consequens pilei vetustatem significantes. Hunc pileum, vel vestem illam, si quis per otus, neget hominem decere opulentum: respondeat alius, vtrumq; scilicet vestem, & pileum Pluto esse consecratum: nefas esse deponere, quæ gestet voti reus. Per ironiam sordes excusat: honesto quidem colore, sed re vera accusat auaritiam & sordes. Quòd enim Pluto consecratum pileũ dicit, habendi amorem, &, vt Maro, auri sacram famem intelligit: quæ non permittat auaro, vel vestem, vel pileum facultatibus congruentem parare: ne vnciatim congestus aceruus, vilem redigatur ad assem. Sit igitur sensus: si hominem in re copiosa laceris vestibus indutum videro: dicam eum vestes Pluto sacratas gestare.

καρ Επειτα ποῦ κάλλιον ἀναΤεθήσεται,
Η περὶ πονηρὸν ἄνδρα, καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.

Postea vbi melius dedicabitur:
Quàm circa malum virum, & parietum perfossorem?
Plutum autem decet honestis vestibus ornari.

Reg. Cation sentit, vestes laceras nõ de-

L dican-

ſacit. Quod Terentio & Plauto opus calidum dicitur, imitatione Græcorum. De teſte autem fugiente, quod dicit, accommodari poterit in teſtes adornatos, vel mercede conductos, qui in acri ac ſeuera cauſſæ diſcuſſione ceſpitant: vel ſi vocētur in quæſtiones, latitant, rei cognitionem abiurantes.

Iuſt. Μὴ δῆτ᾽. ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

Non certe. Iamdudum enim Pluto ſacratum eſt.

Interp. Sacrum dicunt, quod Dijs conſecratum eſt. *Reg.* Ego verò, niſi meipſum ſeduco, dignum quid animis & auribus afferam illorum, qui & ſalibus delectantur: & oculis vident non lippis, quæ in dictionibus venuſtas, quod in vſu artificium. Eſto ſordidus quiſpiam, qui, quid nummus valeat, ignoret: veſte obambulet trita, & bene vncta: pileum item geſtet, qui vt loquūtur in agro Ticinenſi, multos prætores abire magiſtratu viderit: hoc eſt, multorū annorum ſpatio vel cariem (ſic dicam) contraxerit. Tranſumtione per prætores biennium: per biennium, multos annos: & per con-

consequens pilei vetustatem significantes. Huncpileum, vel vestem illam, si quis per otus; neget hominem decere opulentum: respondeat alius, vtrumq; scilicet vestem, & pileum Pluto esse consecratum: nefas esse deponere, quæ gestet voti reus. Per ironiam sordes excusat: honesto quidem colore, sed re vera accusat auaritiam & sordes. Quòd enim Pluto consecratum pileũ dicit, habendi amorem, &, vt Maro, auri sacram famem intelligit: quæ non permittat auaro, vel vestem, vel pileum facultatibus congruentem parare: ne vnciatim congestus aceruus, vilem redigatur ad assem. Sit igitur sensus: si hominem in re copiosa laceris vestibus indutum videro: dicam eum vestes Pluto sacratas gestare.

Καρ. Ἔπειτα ποῦ κάλλιον ἀνατεθήσεται,
Ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα, καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.

Postea vbi melius dedicabitur:
Quàm circa malum virum, & parietum perfossorem?
Plutum autem decet honestis vestibus ornari.

Reg. Carion sentit, vestes laceras nõ de-

facit. Quod Terentio & Plauto opus calidum dicitur, imitatione Græcorum. De teste autem fugiente, quod dicit, accommodari poterit in testes adornatos, vel mercede conductos, qui in acri ac seuera caussæ discussione cespitant: vel si vocẽtur in quæstiones, latitant, rei cognitionem abiurantes.

Iust. Μὴ δῆτ'. ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

Non certe. Iamdudum enim Pluto sacratum est.

Interp. Sacrum dicunt, quod Dijs consecratum est. *Reg.* Ego verò, nisi meipsum seduco, dignum quid animis & auribus afferam illorum, qui & salibus delectantur: & oculis vident non lippis, quæ in dictionibus venustas, quod in vsu artificium. Esto sordidus quispiam, qui, quid nummus valeat, ignoret: veste obambulet trita, & bene vncta: pileum item gestet, qui vt loquũtur in agro Ticinensi, multos prætores abire magistratu viderit: hoc est, multorũ annorum spatio vel cariem (sic dicam) contraxerit. Transumtione per prætores biennium: per biennium, multos annos: & per con-

consequens pilei vetustatem significantes. Hunc pileum, vel vestem illam, si quis per otus, neget hominem decere opulentum: respondeat alius, vtrumq; scilicet vestem, & pileum Pluto esse consecratum: nefas esse deponere, quæ gestet voti reus. Per ironiam sordes excusat: honesto quidem colore, sed re vera accusat auaritiam & sordes. Quòd enim Pluto consecratum pileū dicit, habendi amorem, &, vt Maro, auri sacram famem intelligit: quæ non permittat auaro, vel vestem, vel pileum facultatibus congruentem parare: ne vnciatim congestus aceruus, vilem redigatur ad assem. Sit igitur sensus: si hominem in re copiosa laceris vestibus indutum videro: dicam eum vestes Pluto sacratas gestare.

καρ Ἔπειτα ποῦ κάλλιον ἀναϑεθήσεται,
Ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα, καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.

Postea vbi melius dedicabitur.
Quàm circa malum virum, & parietum perfossorem?
Plutum autem decet honestis vestibus ornari.

Reg. Carion sentit, vestes laceras nō de-

L dican-

penicillo suis se coloribus depingit. suis verbis suæ vitæ institutum prodit.

Iust. Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; *Syc.* οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ βάττου σίλφιον.

Non autem mutaueris sententiam? Syc. *non etiam si dares mihi*
Plutum ipsum, & Batti silphium.

Interp. Battus Cyrenen condidit, cum venisset à Thera insula, contra Cretam. Hunc Libyci venerantes, obtulerunt ei silphium, seu laserpitium, optimum olerum. Ipsum etiã in numismatis sculpserunt: qui & regnum & silphium à ciuitate accepit: quemadmodum Aristoteles in repub. Cyrenæorum. Hinc prouerbium in eos, qui præcipuas & excellentiores dignitates accipiunt. *Reg.* Plura non addam illis, quæ interpres. Vnum hoc non prætermittendũ videtur, si neges te pretiosissimis muneribus adduci posse, vt vel dicas, vel facias aliquid: dicas, ne Batti quidem silphio seu laserpitio adductum iri.

Car. Σὺ γὰρ ἀξιοῖς τ' ἀλλότρια πράττων ἐσθίειν;

Tu enim dignum putas, te res alienas agentem

tem

tem comedere?

Reg. Interpres in hunc locum nihil planè. Quid aliis videatur, non quæro: quod mihi videtur, in medium profero. Vſurpari poterit in eum, qui cum alijs operam præſtet, alterius ſumtu viuat. Exemplo ſit cauſſidicus quiſpiam, qui ad Senatum vel ad Principem proficiſcatur ſumtu clientis. Contingat, vt in idem hoſpitiũ diuertat, vbi aduerſarij ſit patronus. Vbi uentum ad calculos, & rationes conferantur, idem litigator vtrumq́; redimat; de cauſſa ſollicitus impedita. Tunc huic locus erit dicto: cauſſam agis alterius, & mea quadra viuis? Quadrabit etiam in villicos vel ſeruos: qui, dum ſe fide ac religione ſua prohiberi dicunt, rem herilem labefactare, ſine metu religionis, liberè diſſipant aliena & abſumunt.

Syc. Ὁρᾷς, ἃ ποιεῖς; ταῦτ᾽ ἐγὼ μαρτύρομαι.
Car. Ἀλλ᾽ οἴχεται φεύγων, ὃν ἦγες μάρτυρα.

Syc. *Vides, quæ facis? Hæc ego teſtificor.*
Car. *Sed fugiens abit, quem adduxiſti teſtẽ.*

Reg. Conueniet in temerariũ, qui inconſulta feſtinatione, vel bile excæcatus, quidpiã facit

facit. Quod Terentio & Plauto opus calidum dicitur, imitatione Græcorum. De teste autem fugiente, quod dicit, accommodari poterit in testes adornatos, vel mercede conductos, qui in acri ac seuera caussæ discussione cespitant: vel si vocetur in quæstiones, latitant, rei cognitionem abiurantes.

Iust. Μὴ δῆθ᾽. ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

Non certe. Iamdudum enim Pluto sacratum est.

Interp. Sacrum dicunt, quod Dijs consecratum est. *Reg.* Ego verò, nisi meipsum seduco, dignum quid animis & auribus afferam illorum, qui & salibus delectantur: & oculis vident non lippis, quæ in dictionibus venustas, quod in vsu artificium. Esto sordidus quispiam, qui, quid nummus valeat, ignoret: veste obambulet trita, & bene vncta: pileum item gestet, qui vt loquũtur in agro Ticinensi, multos prætores abire magistratu viderit: hoc est, multorũ annorum spatio vel cariem (sic dicam) contraxerit. Transumtione per prætores biennium: per biennium, multos annos: & per

consequens pilei vetustatem significantes. Hunc pileum, vel vestem illam, si quis per otus, neget hominem decere opulentum: respondeat alius, vtrumq; scilicet vestem, & pileum Pluto esse consecratum: nefas esse deponere, quæ gestet voti reus. Per ironiam sordes excusat: honesto quidem colore, sed re vera accusat auaritiam & sordes. Quòd enim Pluto consecratum pileũ dicit, habendi amorem, &, vt Maro, auri sacram famem intelligit: quæ non permittat auaro, vel vestem, vel pileum facultatibus congruentem parare: ne vnciatim congestus aceruus, vilem redigatur ad assem. Sit igitur sensus: si hominem in re copiosa laceris vestibus indutum videro: dicam eum vestes Pluto sacratas gestare.

Καρ. Ἔπειτα ποῦ κάλλιον ἀναθεθήσεται,
Ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα, καὶ τοιχωρύχον;
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.

Postea vbi melius dedicabitur.
Quàm circa malum virum, & parietum perfossorem?
Plutum autem decet honestis vestibus ornari.

Reg. Carion sentit, vestes laceras nõ de-

L dican-

dicandas esse Pluto: sed pauperculo donādas, cui magis congruant. Pluto enim conuenire, vt ornatu prodeat elegantissimo. Pro quæstu sumtum faciendum esse monet. Censui respondeat corporis cultus, vt sordium & auaritię suspicio tollatur.

Car καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα,
ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳί.

Et hæc ad frontem subitò certè,
Quasi oleastro affigam huic.

Reg. Etiam hic ironia: calceamenta ait se capiti affixurū, pro corona ex oleastro: Ridet etiam oleastrū. Locus erit, vbi quē videmus calceis laceris: iubeamus eos imponere capiti, quasi insignia paupertatis. Iocus in pauperem.

Syc. Ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ,
Καὶ σύκινον.

Sin autem socium accepero aliquem
Vel ficulnum.

Reg. Interpres adfert adagium, de auxilio: quod dicitur de imbecillo & inutili. A natura ligni ficulnei, quòd nulli planè est vsui. Socium sibi ficulnum habere si contingat, dicit sycophanta: qui nihil valeat in

re

re difficili. Siue ad vecordiam, siue ad imbecillitatem corporis referre libeat.

Syc. Τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεόν,
Ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην.
Ὅτι καταλύει περιφανῶς εἷς ὢν μόνος,
Τὴν δημοκρατίαν, οὔτε τὴν βουλὴν πιθών,
Τὴν τῆς πόλεως, οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

Fortis hic Deus
Ego hodie faciam, vt det pœnas.
Quia dißoluit apertè, solus cum sit,
Democratiam, neq; consilium persuadens
Ciuibus, neq; concilium.

Interp. Quæcumq; Senatui videntur, ea refert ad populum. Et contrà, quæ plebiscito constituta sunt, autoritate senatus fiunt rata. *Reg.* Quòd fortem dicit Plutũ, ad potentiam refero ditiorum. Illi enim & ratum & irritum facere possunt, quodcumque publico consilio statutum est.

Anus Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
Olim fortes fuerunt Milesij.

Reg. In eos, qui à maiorum virtute degenerauerunt: In senem, iuuenili robore destitutum. In eum, cuius in angustũ coactæ sint copiæ. In priuatum, qui aliquando

in magiſtratu floruerit. Natum aiunt ex oraculi reſponſo, quod dedit Polycrati, conſultanti, nũ ad belli ſocietatem adſciſceret Mileſios. Simillimum huic eſt illud Maronis : *Fuimus Troës.* Cum quis à ſummo ſtatu deijcitur, ad ignobile vitæ genus. Interpres ait de illis dici, qui antea felices, nunc parum ſecunda fortuna vtuntur.

Chr. Δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τὶς οὐ μοχθηρὸς ὤν.
Ἔπειτα Πλουτῶν, οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ
Πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν.

Apparet fuiſſe quempiam moribus non malũ:
Qui poſtea ditatus, non amplius delectatus ſit lente.
Antea verò, ob inopiam, omnia comederit.

Reg. Dicterium in aniculam libidinoſam : quam ludens Chremylus feſtiua ridet allegoria. Accommodabitur homini, qui ex humili fortuna, ad opulentiam prouectus, ea contemnit, quæ ſi antea contigiſſent, auidè fuiſſet arrepturus. Is dicatur, non amplius delectari lente. Eiuſdem ſententiæ eſt illud : ſatis quercus. Nempe frugibus inuentis, ſatietas glandium omnes tenet.

Χρ. Μόνος γὰρ ἥδεθ', ὡς ἔοικεν, ἐσθίων.

Solum enim eũ, vt videtur, delectabat edere.

Reg. Commodè vſurpabitur in eos, quos vrit zelotypia: qui vel riuales, vel ſubſeſſores timent, & adulteros. De illis dici poteſt, quòd ſoli comedere velint. Figuratè, pro eo, quod eſt, ſoli ſuis vel vxoribus, vel amaſijs frui velint. Itali ſua lingua dicunt: *Egli non vuole ch'altro metta la mano nella ſua ſcutella*. Non vult alium quempiam in eamdem paropſidem manum immittere.

Χρ. Οὐ σκαιὸς ἦν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἠπίστατο
Γραὸς καπρώσης τ' ἀφόδια κατεσθίειν.

Non erat homo ſtultus: ſed nouerat
Anus libidinoſæ viatica deuorare.

Reg. Per ironiam affirmat, non ſtultè facere adoleſcentem, qui anum effœtam ſe amare ſimulet: quo commodius eam emungere queat argento. Haud ſtultè ſapit, diceret Terentius. Quadrabit in eũ, qui hominis opulenti ſententiæ ſe plauſorem & ſubſcriptorem præbet ſui, non illius commodi cauſſa.

Chr. Μεθύων γάρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει.

Ebrius enim, vt videtur, acutius videt.

Reg. Paradoxon omninò. Contra naturam, & contra quàm docet & experientia, affirmat oculatiorem esse ebrium. Basilius ille magnus archiepiscopus Cæsariensis in homilia contra ebrios, inter alia sic loquitur: Græcè quidē ille, sed ego Latinè reddita huc adscribam tantum. Et non solum, ait, priuationem rationis, ac temeritatem illis inducit, verum sensuum etiam peruersionem atq; deprauationē præstat. Ironia est igitur in verbis Chremyli. Sed concinnior quærenda est expositio. Per ebriū hoc loco intelligo ad nauseam vsq; satiatum libidine anili: qui animum expleuerit iam, & voto sit potitus, emūcta anicula. Igitur discessionem cogitās, ei canos obijcit, quasi iam sit exoleta & inepta ad amores iuuenilles. Sunt etiā nominis huius aliæ in alia migrationes. Vt, cum quis amore excæcatus, ebrius dicitur: propterea quòd nō cernit, quæ sunt vitia in muliere quam deperit. Quem polypus agnæ delectet: vt ait Horatius.

Chr.

Chr. Οὐδῆτ' ἐπεὶ μὲν νῦν καπηλικῶς ἔχει.
Εἰδ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον,
Ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου γε τὰ ῥάκη:

Non certè: quoniam fraudulenter & institoriè agit:
Si verò cerussa hæc eluta fuerit,
Palàm videbis faciei lacinias.

Interp. More institoris, vel cauponis ait: pro fraudulenter, per imposturam. Quia institores & propolæ vestes solent tingere & interpolare. Et vinum adulterant, admiscentes quod vetustate putidum. *Reg.* De mulieribus fucatis, quæ lecythum, quod aiunt, in malis habent, vt iuuentutem mentiantur. Eluatur, dici potest de illis, cerussa facies apparebit, annos computans. Prouerbiali figura etiam more cauponis & institoris agere dici possunt, qui dolosè agũt, aliud sentientes, aliud verbis enunciantes: qui compositis arte verbis, ad aliquid nos hortantur, quod non nobis, sed ipsis futurũ sit vtilitati & commodo. Quemadmodũ enim, vt supra dixit interpres, caupones vinum adulteratum iureiurando affirmant esse purum, & institores mercem adulteri-

nam pro germana & proba, errantibus in delectu emtoribus, verasq; notas non facilè diiudicantibus obtrudunt: ita illi, qui verbis consultum nobis velle videntur, re autem vera suis commodis student, seriò nobis persuadere conantur, è re nostra fore, si fecerimus, quod ipsi suadent: cum totũ consilium eorum, nihil aliud spectet, neq; alio tendat, nisi vt opera nostra optatis frui cõmodis queant: Habebit fortasse etiam gratiæ ac venustatis nonnihil, si ad eos referatur, qui hastis, quod aiunt amentatis vtuntur: hoc est, qui alieno labore partam gloriam in se transmouẽt: qui, vt graculus Aesopicus, alienis plumis ornati, altius euolare conantur, quã per causam licet formalem. De quo Itali: *Chi d'altrui si veste, tosto si spoglia.* Si quis rei litterariæ imperitus, qui musas, vt dicitur, à limine salutauerit, ĩ numero haberi velit doctiorum: atq; corrogata hinc inde proferat argumenta: vel orationem habeat, à viro docto compositã: adsit verò emunctæ naris homo, cui fucus oboleat, & cui stupor hominis, & personata facundia nota sit, dicat: elue cerussam:

ap-

apparebunt laciniæ. Redde, quæ sunt alterius: & de tuo aliquid prome: innotescet ingenij tui acumen & eruditio.

Χρ. Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίους
Πίνειν, συνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.

Saltem postquàm vinum iudicasti dignum
Te bibere, simul etiam tibi fæx bibenda est.

Reg. Prouerbium tritissimum: Fæcem bibat, qui vinum bibit. Germani sua lingua barbarissantes, quemadmodum Italorum nescio quis Merlinus, qui Macaronea scripsit, ita loquuntur.

Post susum saurum: post mustum tu bibe laurum.

Id est, *Post acidum dulce, & post mustum tu bibe fæcem.*

Itali: *Chi vuole il miele si lasci pungere dalle api.*

Latini: *Dulcia non meruit, qui non gustauit amara.*

In eos, qui voluptatibus perfuncti incidũt in ægritudines: vel aliqua alia premuntur calamitate: extrema, scilicet gaudia occupante luctu. Chremylus iocatur in anum, quæ in ætatis flore omnibus grata

expe-

expetitaq; fuerat: iam verò confecta senio, omnibus est inuisa: damnum senile experiri cogitur.

Ὡς ἐυτόνως, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ γραΐδιον,
Ὥσπερ λεπὰς τῷ μειρακίῳ προσίχεται.

Vt acriter, o Iuppiter rex, vetula
Tamquàm ostreum adhæret adolescentulo.

Interp. Lepas ostrei genus, quod petris adhærens difficile auellitur. *Reg.* A Plauto lopas dicitur: à Gaza parelia. Vsurpabitur in eos, qui tam pertinaciter adhærent cuipiam, vt nulla vi ab eo distrahi ac diuelli possint.

Mer. ὁ Ζεὺς, ὦ πόνηρε, βούλεται
Ἐς ταυτὸν ὑμᾶς συγκυκήσας τρύβλιον,
Ἀπαξάπαντας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν.

Iuppiter, ò agricola, vult
In eumdem culeum vos commiscens
Omnes inijcere in barathrum.

Reg. Commodè dicetur in homines nefarios, qui quasi syncretismo quodam coniuncti sunt. Qui capitali interdiu videntur odio inter se dissidere: noctu autem hora stata, locum repetunt constitutum: vbi consilia conferant: & operas in parietibus perfo-

fodiendis, hominibusq́; spoliandis tradant mutuas. Hisce bonorũ imprecationes pręsto sunt perpetuò: vt eidem ergastulo destinẽtur: eodemq́; genere supplicij de medio tollantur. Hic libet redire ad Principẽ nũquam satis laudatum, Comitem Fonteium. Profectò is appositus Iuppiter est gladiatoribus maleficis & sicariis. Aeternum viuet nomen illius: quod, vt eo viuo ac pręsente, scelerosi, ita illo vel profecto, vel vita functo, ingemiscent viri boni. Aeternum etiã viuet inditum triremi nomen, à moribus & professione eorum, qui in ea sese exercentes remis incumbũt. *La Braua*, Italis dicta. Ego, si liceat per canones Grammaticorũ, *Iouis Culeum, vel Iouis Barathrum*, exemplo ab Aristophane sumto dicere vehemẽter velim. Ab eo, quod in Attica regione voraginem fuisse profundam scribit interpres Aristophanis, & obscuram, in quam malefici conijci soliti erant. In hunc culeum committantur, in hac aula se iactent, quos amor honesti in officio retinere non potest. Fortunatas respub. si principes oẽs communi consilio, communiq́; studio hãc

ſtudeant eiicere ſentinam.

καρ. Η γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.

Lingua horum præconi inciditur.

Reg. Interpres meminit prouerbij, quod dicitur, lingua pręconi: id ego vt notiſſimũ præteribo. Vnum illud indicaſſe ſatis ſit: linguam Mercurio è victimis offerri ſolitã: quòd is eloquentiæ pręſes ſemper habitus ſit. Quorſum autem Cariõ dicat, linguam præconi incidendam, id operæ pretiũ fuerit annotaſſe, atq; prouerbij originem petere. Mercurius iratus, quòd cum omnes facti eſſent diuites, nemo Dijs amplius ſacrificaret: quaſi Deorum auxilio nulli eſſet opus, cum omnibus omnia ad otiosè & lautè viuendum, neceſſaria ſuppeterent: minitari Iouem ait, ſe omnes eidem culeo inſutos in barathrum deiecturum. Id audiens Carion, vt peſſimum omen deteſtatur, & linguam præcidendam eſſe dicit, qui tam malo nuncio aures percellere non ſit veritus. Hinc apparet, vſum eſſe prouerbij, ſi quis ingratum afferat nuncium, audiat, linguam ipſi amputandam eſſe. Itali, ſi quem audiunt, vel infeſta nunciantem vel obſce-

na proferentem, vel etiam occulta detegentem, quæ damno esse possint, sua lingua dicunt: *Possa seccare la lingua, sia tagliata la lingua à chi hà portata la nouella.*

Ouid.

Quis vellet tanti nuncius esse mali?

Malarum rerum nos inuitos esse nuncios iubent viri sapientes: vel saltem per tapinosin, leuissimè referre, quæ taceri non debent.

Merc. Πρότερον γὰρ εἶχον μὲν παρὰ ταῖς καπηλίσιν
Πάντ' ἀγαθ' ἕωθεν εὐθύς. οἰνοῦτταν. μέλι,
Ἰσχάδας ὅσ' εἰκός ἐστιν ἑρμῆν ἐσθίειν.
Νυνὶ δὲ πεινῶν ἀναβάδην ἀναπαύομαι.

Prius enim habebam apud cauponas
Omnia bona, diluculo statim, placentam, mel,
Caricas, quæcunque Mercurium edere conuenit.
Nunc autem esuriens pedibus in altum sublatis quiesco.

Reg. A tabernariis inquit Mercurius, omnia mihi bona veniunt. Nec mirum: est .n. mercatorũ & propolarũ, aliorũq; id genus hominũ preses & aduocatus, qui peierãdo mercẽ extrudẽtes, augent rem familiarẽ.

Illi lucrum omne ab imposturis ac periurijs profectum linguæ acceptum ferunt. Quòd supinum se iacentem pedibus porrectis esurire ait: eò referas, quòd negotiatorum res parum prosperè cedunt, vbi cessandum est. Horatius.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiẽ fugiẽs, per saxa, per ignes.

Terentius: credebas dormienti tibi Deos confecturos? vbi desidię arguit eũ, qui caussam suam negligẽter egerat: & propterea, quod uolebat, non perfecerat.

Car. Οὐκοῦν δικαίως, ὅς τις ἐποίεις ζημίαν·
Ἐνίοτε τοιαῦτ' ἀγαθ' ἔχων.

Meritò igitur, qui damnum dabas
Aliquoties, talia bona recipis.

Interp. Iniuriam faciebas: pro efficiebas, vt damno afficerentur illi, qui tibi illa bona præbebant. Mercurius enim talia facit. Et Aesopus in fabulis eadem dicit. *Reg.* Accõmoda superioribus, atq; ethicum subde. Meritò plectitur, qui damnum dedit, & iniuriam fecit.

Car. Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς.

Desideras eũ, qui non adest, & frustra vocas.

Reg.

Reg. Qui ſupplex orat inexorabilem, ille deſiderat abſentem, & fruſtra clamat. Adagium huc pertinens eſt, quod aiunt: non eſt oleum in lecytho: id eſt, nullus eſt precibus locus. Vel in eum, qui petit ab eo, qui nihil dare põt: quaſi aquam è pumice.

Merc. Καὶ μὴν ὁπότε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου
Ὑφείλου, ἐγώ σε λανθάνειν ἐποίουν ἀεί.

Et quidem quando vaſculum aliquod hero
Surripiebas, ego ſemper te occultum tenebam.

Reg. Palàm Mercurius hoc loco ſe præſidem ſurum profitetur: cuius beneficio latitant. Siue ad dexteritatem furandi, ſiue ad mentiendi ac negandi artificium referre malis. Vſu receptum eſt, vbi quis deprehenſus, lenocinio verborum ſe tueri velit, vt dicamus: adſit tibi dexter Mercurius. Similiter vbi videmus aliquem alterius crumenæ inſidias tendentem. Ductum ab illo Horatiano.

Viduus pharetra, riſit Apollo.

Vbi Apollini, qui malum Mercurio minabatur, niſi boues furto abactos redderet, Mercurius etiam pharetram, ipſo non ſentiente, abſtulit.

Car.

Καρ. Οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί,
Ὁπότε τι ληφθείην πανουργήσας ἐγώ.

Non enim particeps fuisses tot plagarum, quot ego,
Si quando deprehensus essem in dolo.

Reg. In autorem & suasorem sceleris: qui hortetur aliquem ad maleficium, id tutò fieri posse, asserens, se adfuturum speculatorem, & quasi excubitorem: qui si partem prædæ velit pacisci: respondere poterit is, cui suadetur; partem tibi promitto, si in periculi partem venire volueris. Non .n. æqua pars erit mihi tecum, si audacia in neruum erumpat; vt compedes habendæ, & plagæ ferendæ sint innumerabiles.

Merc. Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.

Ne memineris malorum, quando Phylen occupasti.

Interp. Thrasibulus triginta tyrannos subuertere volens, Phylen, locum quemdã occupauit, atq; ibi adscitis adiutoribus euertit eos. Ac deinde per arrogantiam dicebatur, audiuit ne memineris malorum: & in prouerbium abiit. Dicit autem, Phylen accepisti, pro locupletatus & factus es

ma-

magnus. Quaſi vnus ex illis, qui locum occupauerint, ac tyrannos interemerint. *Reg.* Cũ aduerſa fortuna atq; periculis perfunctũ hortari volumus, vt malorum oblitus, ſecundis rebus animo tranquillo fruatur, Phylen occupaſti, ſpecie prouerbiali dicere poterimus: deſine meminiſſe malorum, quæ perpeſſus es. Vſus etiam poterit eſſe, de eo, qui fruitur optatis, vel qui hoſtẽ odioſum ac ſtrenuum ſuperauit. *Merc.*

Τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἔστι βελτίω πολύ.

Quæ enim apud vos, longè meliora ſunt.

Reg. Confine illi, quod apud Horatium.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.

Item illi eiuſdem:

Aliena capella gerit diſtentius vber.

In inuidos, quibus aliena ſemper meliora videntur, quàm ſua. Oculum vicini aiunt eſſe inuidum. Carion admirabundus quærit à Mercurio, cur diis relictis ibi maneat: reſpondet ille, quia quæ vos habetis, meliora ſunt. Ex eo colligas alium ſenſum, vt ſimile ſit illi Terentiano: noſtri noſmet pœnitet. Et illi Tulliano, nemo eſt qui non vbiuis, quàm vbi eſt, eſſe malit.

Merc. Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Patria enim est omnis, vbi cum aliquo bene agitur.

Reg. Vbi bonum ibi patria. In homines ignauos & inertes, qui bonis viris peregrinationem vt probrum obiicere solent. Illi enim apud focum auitum ac luculentum desidentes otiosi, neq; sibi, neq; reipublicę sunt vtiles. De quibus Cicero: multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati. Neq; hic obstrepat quis cum antitheto eiusdem Ciceronis: obscura illis est peregrinatio, quorum opera in patria potest esse illustris. Non disputo: circa cæcum diuitiarum Deum occupatus sum.

Merc. Παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με.
Καρ. Στροφαῖον; ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔσ' οὐδὲν στροφῶν.

Ad ianuam me apponite ianitorem.
Ianitorem? At non opus est ianitoribus.

Reg. Quæ interpres in hunc locum, eadem ego paullò verbosius. Iocus est in verbo strophæus: sed nihil venustatis habet, si latinè reddas: perit lepos & gratia. Strophæus enim & ianitorem significat, & astutum veteratorem, callidum, qui & contor-

quere

quere verba, & multis machinis inuertere res nouit. Epitheta Mercurij, quæ refert interpres, sunt: στροφαῖος, idest, versutus: ἐμπολαῖος, i. negotiator: κερδῷος, i. lucri conciliator: Δόλιος, i. versipellis, fraudulentus: Διάκονος, i. minister: ἐναγώνιος, i. certaminũ præfectus: ἡγεμόνιος, i. dux uiæ. Festiuitas autem est in æquiuocatione. Mercurius se ianitorem offert: id est, strophæum. Id aliò torquet Carion: strophis, inquit, nihil opus est: proinde neq; stropheis. Hoc sentit Carion: cum non sit opus tergiuersatione, aut dolo, neq; doli fabricatore opus est. Negotiatore opus esse ait. In quem locum interpres hoc modo: Ἀγοραῖον, hoc est, mercatorem quærit, qui compendio vacet, & qui cauponæ præsit. Propolæ autem, qui Græcis παλιγκάπηλοι dicuntur, eadem ipsa vendũt, & emunt. Quinq; autem sunt genera venditorum. Αὐτοπώλης, i. qui reditus suos in patria vendit. Κάπηλος, i. institor. ἔμπορος, i. mercator. παλιγκάπηλος, ꝓpola. μεταβολεύς, i. propola. Κάπηλος, qui emens ab autopola, vendit in regione, vbi emit. ἔμπορος, qui emit, & peregrinis vendit, παλιγκάπηλος, qui

emit à mercatore, ac diuendit. μεταβολεὺς dicitur vendens ad mensuram, vt tabernarij, & caupones.

χαρ. Ἀλλὰ πλουτοῦμεν, τί οὖν
Ἑρμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν;

Sed diuites sumus: quid igitur
Opus est nobis alere Mercurium propolam?

Reg. Mendosissima Carionis est ratiocinatio. Iam, inquit, opibus abundamus: marsupium bene nummatum. Nihil opus est, vel negotiatione, vel arte aliqua. Nihil nobis cum eloquentia, cum nundinatore.

χαρ. Δόλιον; ἥκιστά γε
Οὐ γὰρ δόλου νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων.

Fraudulentum? Minimè.
Non enim opus nunc est fraude, sed moribus simplicibus.

Reg. Optimè simplicitatem, animiq; candorem in opulento requirit. Bonus autem hic Carion in diuitiis positam habet felicitatem. Ad eam per fraudem & fallaciam esse tendendum existimat: nempe doctus in ludo Terentiani illius, qui sic loquitur: mea nihil refert, dummodo potiar: vel vi, vel clàm, vel precario fac mihi tradas. Ille

ad

ad amicam, hic ad Plutum votorum summam refert. *Merc.*

Ἀλλ' ἡγεμόνιον. καρ. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἤδη βλέπει.
Ὥσθ' ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ' ἔτι.

Sed ductorem. Car. *Sed Deus iam videt.*
Itaq; via duce posthac non indigebimus.

Reg. Nescio an hinc ducta loquendi cõsuetudine, cæcum dicant Itali, qui nummis careat. Solent enim quasi captum oculis deducere eum, qui, cum infeliciter luserit, spoliatus sit à collusoribus. Eumdem si denuò ridere velint, vt qui crumenã habeat nummis vacuam, respondere solet, nihil esse amplius, quòd rideant: iam se bene oculatum esse. Quibus verbis significat, sibi nũmorum esse copiam. Simili modo Carion, non opus esse ductore dicit, Deum satis cernere. Eò respiciens, quòd antea cæcus fuerat, nempe in paupertate. *Merc.*

Ἐναγώνιος τοίνυν γ' ἔσομαι, καὶ τί ἔτ' ἐρεῖς;
Πλούτῳ γάρ ἐστι τοῦτο συμφορώτατον.
Ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς.

Certaminũ præfectus igitur ero. Ecquid amplius dices?
Pluto enim hoc est vtilissimum.
Certamina instituere musica & gymnastica.

Reg. Mercurius docere videtur diuitiarum vſum. Nempe vt honeſtis certaminibus & exercitamentis inſtituendis impendatur pecunia. Id eſſe in rem eorum, qui pecuniam habent. Quòd ſi idem Mercurius lenones, meretrices, ſcurras, gladiatores accerſendos eſſe monuiſſet, dicto habuiſſet audientes non paucos, qui ex tẽplo conſilium probaſſent. Verum quia in virtute collocandos eſſe nummos dixit, verba eius magnum conſecutum eſt frigus.

καρ. Ὡς ἀγαθὸν ἐς ἐπωνυμίας, πολλὰς ἔχειν.
Οὗτος γὰρ ἐξεύρηκεν αὑτῷ βιότιον.
Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες οἱ δικάζοντες θαμὰ
Σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.

Vt bonum eſt, cognomina multa habere:
Hic enim inuenit ſibi victum.
Non ab re omnes, qui ius dicunt, ſæpe
Studẽt in multis deſcribi libellis.

Interp. Quaſi dicat, non temerè ſtudẽt multa habere nomina: vt, ſi in vno foro patiantur repulſam, in altero ius dicant. Senſus patet ex prædictis, referendum eſſe ad ſortitionem magiſtratuum. *Reg.* Ego ſic interpretor: operæ pretium eſt, multas ac va-

rias artes didicisse. Vt, si vna victum suppeditare nequeat, ad alteram confugias: & si illa parum etiam cedat secũdum vota, tertiam profitearis, atq; inde sit vnde viuas. Interpres ad iudices & ad eos refert tantũ, qui magistratus ambiunt: qui in omnibus distributionibus sua nomina dãt. Vt, (exẽpli caussa) si prætura non contingat, censuram gerant: sin neutra harum, munus petant ædilitium. Ad hunc modum Mercurius & astutum, & dolosum, & viæ ductorem, & athletam profitetur: atq; his nominibus defert operam suam, qua vitam tolerare possit.

χαρ Οὐκοῦν ἴσε νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις;

Igitur tu iustam horum portionem accipis?

Interp. Ludens ait, iustam horum portionem. Vbi dicendum erat, accepistine tergus & armos victimarum? Lex enim erat, vt sacerdos caperet reliquias sacrificij. Obliquè mores carpit. *Reg.* Conquestus erat Sacerdos, quòd nemo iam sacerdotem accerseret, nemo sacrificaret. Itaq; fame sibi pereundum. Ad hæc seruus præter rem respondet. Danturne tibi, quæ

lege sacrificandi debentur? Ridēs sacerdotem, scurrili magis, quam faceta interrogatione. Est .n. similis illi, qui querentem de tardo reditu patris, interrogat, quidnam attulerit.

καρ. Θάῤῥει· καλῶς ἔσται γὰρ ἢν θεὸς θέλῃ.

Confide. Bene erit enim, si Deus voluerit.

Reg. Siue ioco, siue seriò proferantur hæc à seruo, certè digna cedro sunt verba. Bene erit, ait, si Deus voluerit: non tua opera, non tua prudentia simpliciter, sed si Deo visum fuerit, felix erit status tuus. Referas ad mores eorum, qui verè boni sunt; non qui incessu, sermone mentiuntur bonitatem: intus autē nihil peius, nihil scelerosius. Boni reapse, cogitationes, spem omnē in Deo positā habent: hoc duce & auspice res omnes inchoant, & perficiunt. Sed obijciat quis, seruū introduxisse alta sapientē, est violasse comicū decorū. Is ad hunc modū habeto: sæpe etiā olitor valde opportuna locutus est. Atq; tā bona, tamq; iucunda periodo claudatur Pluti fabella. Vt, quasi peracto conuiuio dulciariis palatum relinquat delinitum.

Hic

HIc Plutus, si alacri animo se acceptũ prędicauerit, denuo Aristophanes in scenã prodibit, eodemq; genere mercis, ac nouitatis expectatione fortassis attentos tenebit auditores. Quòd si homines criminosi liberius quid in se, atq; inclementius dictũ putabunt: meminerint exẽplo id esse factũ Aristophanis, qui præ manibus erat. Fieri.n. nõ potest, quin aliquid limi trahat, qui per viam ambulat limosam. T, verò A, Præses integerrime, & sapientissime, distinctã luminibus & illustratam orationẽ, quæ dignitatis & grauitatis plurimum, leporis & festiuitatis nonnihil haberet, congruere ac conuenire, non eram nescius, cum hæc scribebam: sed ingenij mei viribus æquam sumere materiam volui: ne oneris temerè suscepti grauitate pressus in via conciderẽ. In hoc autẽ Pluto, si oculos ab exilitate eorum, quæ quasi emblemata inserta, vel potius assuta sunt, ad animi mei sensum conuertere placuerit, non dubito, quin scribendi & loquẽdi libertatem lenissimè sis interpretaturus.

CONTENTIO LINGVAE GRAECAE, Et Latinæ,

Qua monstratur, Nominibus Græcorum melius exprimi rerum naturã, quàm latinorum. Homerica dictio

ΚΥΔΙΣΤΟΣ,

vocatur in disquisitionem.



VIA comicus est præ manibus, idemq́; Græcus: liceat mihi more comico, puerilem ineptam, adeoq́; è repub. litteraria explodendam, & exsibilandam ridere vocem illius, qui, quod Græcè scriptum esset, legi non posse dixit. Næ ille impossibilitatem eam (libet enim barbarè cum barbaro loqui) in ingenio suo, mentisq́; oculis, non in Græcorum verbis sitam esse deprehendet, si ad amussim exami-

minata veritas, in medium prodierit. Nam, vt taceam priscos illos Romanos, quorum ætate floruit candor & puritas Latini sermonis, qui eloquentiam ferè & copiam Athenis acceptam referebant: inter quos etiam hæc est Tullij iactantia: in quo vno vincebamur à victa Græcia, id nobis cum Græcis iam factum est commune: eloquentiam intelligit: Græciam armis victam à Romanis: Romanos eloquentia à Græcis. Si Græca legi non possent, neq; Græcorum hominum monimenta ad Latinos venissent, vnde, quæso, miseris Grammaticis suæ artis vocabula? vnde Dialecticis syllogismi, epagogæ, epidixes? Vnde Rhetoribus enthymemata, soritæ, dilemmata, epicheremata, & alia illustrandæ & amplificandæ orationis instrumenta? Vnde medicis morborum, & partium humani corporis nomenclatura? Deniq; (ne odiosa commemoratione singulos persequar) vnde iurisperitis, quorum in manibus vrbium, regnorum & prouinciarum est tranquillitas: inter quos sublimem te sedentem, & ego summa cum animi voluptate, & omnes viri boni mecum suspiciunt, & admirantur, sapientissime Præses: vnde, inquam, illis para-
pher-

pherna, diplomata, emphyteuses, homologare, & sexcenta alia, è Græcorum scholis petita? Ego dum hæc tacitus mecum cogito, animoq; perturbato reuoluo, formare mihi imaginem edicti soleo, quo Græci colligere sarcinas, è medio abire, & sua sibi habere iubeantur. Id si cōtingat: tum verò linguam latinam, quasi ædes quasdam, paullò ante multiplici, luculenta, & visenda suppellectile, magnificè instructas, & ad ostentationem ornatas, iam verò vacuas & inanes, adeoq; miserandam in illis solitudinem videre videor. Budæus mecum planè sentit, qui in libro de asse, ita scribit: Mihi autē videtur, ingenuè enim proloquar, lingua Græca ad Latinam relata, poëtæ, id est tragici autoris, aut comici rationem habere. Latina autem actoris tantum scenici, qui fabulā à poëta inuentam, & emodulatè scriptam, artifici, ac numerosa pronunciatione in theatralem consessum profert. Non ego testem hunc laudo vulgarem aut fidei labefactatæ. Docent eius monumenta, quantum ei tribuendum. Quantam enim res litteraria fecerit iacturam, ex quo tempore potiti rerum barbari, sordidis quæstibus addicti, Græcæ linguæ cognitionem

vem, nõ modo cõtemtui habere, vt inutilẽ, sed etiã vt perniciosã oppugnare cœperũt, ex eo est cernere: quod Aristotelicum illud διανοητικὴ in vestibulo poster. anal. discursiua sonare, & Aristoteles ipse fœdè deturpatus barbarissare cœpit: quod pleraq; Græcorũ hominũ scripta, barbarè, et peruersè legimus interpretata. Spes tamen non ita pridem est ostensa, fore aliquando, vt reipub. litterariæ, quasi postliminio reducẽ Græcæ & Latinæ Linguæ proprietatem & elegantiam, reuirescentemq; sanctioris eloquij siluam, Hebræorum dialectum gratulari possimus: modò sanctissimis, religiosissimi Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanẽsis, Friderici Borromaij consilijs euentus respondeat. Illo enim duce & auspice, prodituros video viros bene doctos dicendi, scribendiq; artificio insignes: qui collatis viribus, cõmuni opera & studio, eiecta & profligata barbarie, extorto de barbarorum manibus imperio, vtramq; linguam Græcam, & Latinam, adeoq; Hebraicam è turpissimo reuocent exilio suoq; splendori ac dignitati restituant. Interea autem, dũ illi sese accingunt, ego aliquot Græcarum, Latinarumq; vocum etymologias affero:

fero: quibus, tamquàm contentione quadam appareat, quanto melius & propius rerum naturam inspexerint Græci quàm Latini, in nominibus formandis. Deinde unicam ex Homero voculam in disquisitionem vocabo: Ne hic meus Plutus, vel solus, vel inanis, sed bellè comitatus, & iucunda quadam sarcinula onustus venisse, ac diutinæ mansionis, reditusq́ue tardi culpam præstitisse videatur.

):(



GRÆCÆ, ET LATINÆ
Linguæ contentio.

PIETAS, Latinis vnde dicta sit, mihi neq; discere adhuc, neq; conicctare licuit.

Græcè ευσέβεια. *ab* εὖ. *i. bene &* σέβομαι. *i. colo, veneror, sanctè seruo. Huius verbi significatio propriè pertinet ad eos, quibus diuinum quiddam, & maiestatem tribuimus. In cultu autem diuino & reuerentia, erga Deum resq; diuinas, vera pietas consistit.*

Terra, Latinis ab eo, quòd pedibus teritur: vt Varro lib. 4. Quidquid igitur pedibus conculcatur, terra dicenda. Neq; hic moror paralogizantem.

Græcè γαία, *à* γάω *quod est subsisto. Sustinet enim omnia. Idem verbum significat etiã pario. Omnia n. è terra gignuntur. Secundum hominem loquor.*

Pax, Latinè à paciscor, vel à pactis. Id est, conditionibus, quæ consequi pacem solent. Nomen à circumstantijs vel attributis.

Ειρηνη, *Græcè, ab* εν, *&* είρειν, *i. vnum interro-*

terrogare: quasi idem dicere. Conceptis .n. verbis fieri solet: ut unanimis de eadem re sit omnium, ad quos pertinet, consensus. Eustathius Iliad. lib. primo sic scribit: Σημιῶσαι ὅπως ἐκ τοῦ εἴρειν καὶ τὸ ἐρίζειν, καὶ ἡ εἰρήνη λέγεται. i. Notandũ quòd à dicendo litigatio & pax dicitur.

Cælum, Lat. à cælo, id est, sculpo: quòd cælatum, & sideribus quasi sculptum videatur. Hac ratione cum æ scribendum existimant. Varronis autem verba, de dictionis huius etymologia adscribere fuerit operæ pretium. Sunt autem hæc: cælum dictum scribit Aelius Gallus, quòd est cælatum: aut à contrario nomine, quòd apertum est. Nõ malè, quod posterior Aelius: Multò potius cælare à cælo, quàm cælum à cælando. Sed non minus illud alterum de cælando, ab eo potuit dici, quòd interdiu cælatur, quàm quòd noctu non cælatur omninò. Ego magis puto. à chao cauum, & hinc cælum. Quoniam, ut dixi, hoc circum supraq́; quod complexu continet terram cauum cælum. Hactenus Varro. Posterior igitur ratio exigit, ut per æ scribatur. Videtur enim Varro nominis originem ad Græcos referre: quibus cauum est κοῖλον.

Græcè dicitur οὐρανὸς, quasi ὁρανὸς: ab ὁράω. i. vi

deo, quòd viſui peruium, hoc eſt, minimè denſum ſit, quemadmodum aqua, & terra. Idem affirmat D. Ambroſius in hexametro. Philo autem in libro de mundo, deducit ab ὅρος *. i. terminus. Eius verba ſunt:* τὸν αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον, ὁ κοσμοπλάστης ὠχυροῦτο τῶν ἐντὸς, ὅροντε καὶ φυλακτήριον αὐτὸν τιθεὶς, ἀφ' οὗ καὶ οὐρανὸς ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, *hoc eſt, vt ego interpretor, locum ætherium mundi fabricator in circulo muniuit, ſtatuens eum, quaſi terminum & cuſtodiam eorum, quæ intus ſunt: à quo etiam cælum dictum videtur, quaſi terminus eorum, quæ illius ambitu continentur. Ariſtoteles in libro de mundo, de nominis huius ratione ſic ſcribit:* οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω *. i. Cælum ab origine vocis dicimus, quaſi terminum extimum corporum ſupremorum.*

Homo, Latinis vel ab humo, vel ab humanitate, vel ab ὅμοιος *. ſi ab humo, quodcunq; inde naſcitur, hominis appellatione continebitur: q recte, viderint critici. Sin ab humanitate, cur non inuertatur deriuationis ordo, vt ab homine humanitas potius, quàm homo ab humanitate dicatur? Sin ab* ὅμοιος *. atq; in eo ponderis aliquid, illud totum Græcis acceptum referendum eſt.*

Gra-

Græcis ἄνθρωπος *quasi* ἀνθρῶν ἃ ὄπωπε, *vt Platoni videtur, in Cratylo. i. contemplans ea, quæ vidit. Nam reliqua, inquit ille, animantia, quæ vident, non expendunt, neq; considerant: parũque, vt ait Cicero in officijs, sentiunt præterita & futura. Vel, vt etymol. quasi* ἄνω ῥέπων *. i. sursũ vergẽs: Vel, vt alij, quasi* ἄνω τρεπόμενος *. i. sursũ versus. Huc pertinet illud Ouid. lib. 1. met.*

Pronaq; cum spectent animalia cetera terrã
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Vel etiam παρὰ τὸ θεωρεῖν τὰ ἄνω *. i. ab eo, quòd cõtemplatur quæ sursum sunt, scilicet cælestia. Quis neget hic, Græcos naturam hominis optimè considerasse?*

Fluuius, Flumen, Varroni à fluendo.

Græcis πόταμος, ἀ πότος *i. potus, vel* παρὰ τὸ πόσιμον ὕδωρ ἔχειν. ***i. quòd aquam habeat potabilem. Ille à motu, seu actione perpetua. Hi ab vsu & necessitate.***

Vitis à vino, Latinis.

Græcis ἄμπελος ***quasi*** ἔμπηλος, ***i. vinum continens. Iones enim sua dialecto*** πηλὸν, ***vinũ appellant: eius nominis rationem hanc adferunt.*** παρὰ τὸ πάλλειν καὶ σείειν τὰς φρένας. ***Quòd immodi-***

cè haustum, mentes hominum quatiens agitet, ac perturbet, à recta ratione deÿciens.

Vinum, Varro à vi deducit: quòd vi sit expressum.

Græci οἶνον, *dicunt, vel* ἀπὸ τῆς ὀνείσεως *.i. emolumēto, utilitate: quemadmodum ex Homero colligitur. Vel* παρὰ τὸ οἰήσεως τὸν νοῦν ἐμπιμπλᾷν. *i. quòd mentem opinionum varietate, vel potius vanitate soleat implere. Exemplo esse poterunt ebrÿ.*

Auxilium, ab auctu, siue augendo, Latini deducunt, autore Varrone: quòd & numerum, & vires augerent, qui accesserant alienigenæ.

Græcis βοήθεια, *vel* συμμαχία. *à* βοὴ καὶ θέω: *quasi* εἰς βοὴν θέω *.i. ad vocem periclitantis accurro. Id Latinè, per verbum, succurro, commodè exprimitur.* Συμμαχία, ὰ Συμμάχομαι *.i. simul pugno, belli societatem ineo. Qui enim amicis consultum volunt, atq; de eorum salute solliciti sunt, omnia pericula communia existimant.*

Diues, Latinis, ut Varro docet, quasi diuus dicitur: qui nullius rei indigeat. Is enim diuitiarum fructus est, ut Cicero in paradoxo, ὅτι μόνος σόφος πλούσιος*. i. quòd solus sapiens diues.*

Πλούσιος, *Græcis, quasi* πολυούσιος *.i. multa possidens, opulentus.* Οὐσία *enim Græcis idem est, quòd Latinis patrimonium, opes, res familiaris ad vsus necessarios sufficiens. Hinc* περιουσία *i. abundantia, cum aliquid superest.*

Lex, Latinis à ligando, vel legendo dicitur: illud, quòd homines liget atq; intra fines contineat honestatis: hoc, quòd populi iussu & suffragijs sancita sit: vel quòd publicè legatur, vt ab omnibus seruetur. Sed hæc nihil ad finem & officium legis: nisi fortè prius illud, à ligandis & coërcendis improborum voluntatibus.

Νόμος *Græcis: à* νέμω, *quod est, tribuo. Suũ enim cuiq; tribuere, & ab alienis abstinere lex iubet. Nomen à caussa finali ductum.*

Virtus, Latinis, quasi vis intus, vel viri status, vel viror nitens, vel virum tuens. Has ferè video afferri nominis rationes.

Αρετὴ, *Græcis: ab* αἱρέω, *eligo, secundũ Aristotelem. Quòd circa mediocritatis electionem versatur, extrema fugiens. Philo Hebræus, in libro de mũdi opificio, deducit ab* αἴρω, *id est, tollo. Quòd hominem ad cælestia tollit, & neglectis rebus humanis, ad cælestia mentem erigit. Huic adstipulatur D. Augustinus, virtutẽ hoc*

modo definiens: est bona mentis qualitas. Huc pertinet etiam illa definitio: Est habitus bonus, inclinans voluntatem, ad agendum secundum rectam rationem. Suis hic coloribus depictam habes virtutem. Habes item quàm eam rectè suo expresserint nomine Græci.

Vitiū, quod virtuti opponitur, Latinis à vitando. Scilicet, definitio κατ᾽ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, *hoc est, per ablationem contrarij. Quemadmodum .n. virtus amplectenda, ita fugiendum est vitium.*

Κακίαν, *Græci vocant, ab effectis, siue caussa efficiente, nomen ducentes.* κάτω *enim deorsū est: &, si libet, adde* ἀποχαρέω, *vel* ἀποχωρίζομαι. *i. descendo, discedo. Sic Philo. Mentem .n. hominis deprimit, atq; terrenis affigit: itaq; cælestiū excussa memoria, ad infernum detrudit.*

Pecunia, Latinè à pecu. A pastoribus .n. vt docet Varro, huius vocabuli origo.

Χρῆμα, Græcè: παρὰ τὸ χρήσιμον εἶ(ναι). *Id est, ab eo, quòd vtilis sit pecunia, ad omnem rei familiaris vsum. Gaza,* χρημάτων *appellatione tam mobilia, quàm immobilia cōtineri ait, si referatur ad forum. Addit præterea, tàm latè patere apud Græcos, huius dictionis significationē*

quàm

quàm pecuniæ apud iuriſconſultos Latinorum. Vt etiã ſignificet corpora, cenſus, facultates, opes: deniq́ omnia fortunæ bona.

Prætor, Varroni dictus in re militari, quòd exercitum præiret. Στρατηγὸς, Græcè: quaſi τὸν στρατὸν ἄγων. Id eſt, exercitũ ducens. Hic vtriuſq́ ratio ſimillima.

Conſul, Varroni, quòd conſulere populũ, & ſenatum debet. Niſi illinc potius, vt idem ait, vnde Actius in Bruto, qui rectè conſulat, conſul fiat.

Ὕπατος, Græcè: quaſi ſummus. ὕπατος Ζεὺς. ſummus Iuppiter, Euripedes, ὕπατον ὄρος. i. mõs ſublimis. Erat. n. apud Romanos ſummũ dignitatis faſtigiũ. ὑπάτη etiam dicitur ſumma chorda in fidibus, quæ ſonum edit grauiſſimum. Id ſi ad grauitatem conſulis referatur, non fuerit abſurdum.

Pontifex, maximarũ rerũ, quæ ad ſacra, & religionem pertinent, sũmus iudex: cuius ſentẽtia omni prouocatione ſuperior. Sed poſthabita, q̃ Varro adfert, vt indigna tã ſublimi, tãq́ ſancto nomine etymologia, adſcribam, quã Scæuola Pont. Max. protulit. Pontifex, inquit ille, dictus eſt à poſſe, & facere.

ἱεράρχης. *Græcè, vel* ἀρχιερεύς *.i. ſacrorum omnium princeps: qui ſacro fungitur imperio: primus & ſummus ſacerdos: ſacerdotum princeps. Hac ratione ab omni imperio & magiſtratu tam ſacro, quàm profano diſtinguitur & ſeparatur.*

Bellum, à Bellua, Latinis: quòd belluarum ſit, viribus potius, quàm ratione pugnare.

Πόλεμος, Græcè, ἀπὸ τοῦ τὰς πόλεις, ἢ τοῦ πολλοὺς μειοῦν, ἢ ὀλλύειν, ἢ ἀμᾷν *.i. ab eo, quòd vrbes, vel quòd multos mente minuit, in delirium cogit, de ſtatu deijcit, congregat, congregatos demetit, ac perdit. Latini à pugnantium natura & affectionibus. Græci ab effectu.*

Mulier, Varroni, quaſi mollier, mutata & detracta littera, dicitur.

Γυνὴ, *Græcè: quaſi* γονὴ *i. fœtus, ſemen prolificum, vt Platoni videtur.*

Mendicus, Latinè. Verrius, referente Feſto, ab eo dici putat, quòd mentem eius fortuna fefellerit. Vel à medendo, quòd precibus ſtipem corrogando, ſua vita medetur.

Πτωχὸς, *Græcè, vel* προσαίτης. *De priore Euſtathius Odyſſ.* Σ, *ſic ſcribit* πτωχὸς μέν ὁ δι' ἔνδειαν τροφῶν ἐπαιτῶν, *hoc eſt, mendicus quidem, qui*

propter

propter indigentiam ciborum, petit.

Sol, Latinè: secundum Ciceronem dictus ab eo, quòd vnus sit, & non plures: quodq́ tantam claritatem solus obtineat, vt solus, cum est exortus, obscuratis omnibus alijs, appareat. Vel, vt Diodorus, ab Hyperionis filio, qui liber à Romanis appellatus est: quòd liber sit & vagus.

Ἥλιος, *Græcè. De nominis huius etymologia, apud Platonē in cratylo sic loquitur Socrates inter alia: solem dorici* ἅλιον *vocant, atq́ ita vocatur secundum* ἁλίζειν *.i. ex eo, quòd congregat in vnum homines, cum exoritur. Itē ex eo, quòd circa terram* ἀεὶ εἱλεῖ *.i. semper reuoluitur. Præterea, quia variat circuitu suo, quæ terra nascūtur. Variare autem &* αἰολεῖν, *idem est.*

Hæc pauca notare volui: quibus quasi indicijs adiuuetur, si quis Græcæ linguæ suscipere patrocinium velit. Argumentorum sedes doctorum virorum monumenta suppeditabūt: si præsto sit cum indicio coniuncta voluntas.



Κυδι-

IN DISQVISITIONEM VOCATVR.



IBRO primo Iliados hic versus legitur:

Ἀτρείδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων.

Eum, siue Portus Cretensis, siue alius quis, hoc modo vertit:

Atride gloriosissime, auarissime omnium.

Quæ versio niti videtur Eustathij testimonio, & autoritate. Is.n.in suis cõmentarijs aeternum victuris, sic scripsit:

κύδιστε, οἱονεὶ λέγων, ὅτι πῶς ἀγέραστος ὁ κύδιστος;

hoc est, gloriosissime, quasi dicat, quomodo sine præmio erit, qui gloriosissimus? Eò nempe respexit Eustathius, quod antè dixerat Agamemnõ:

ὄφρα μὴ οἶος Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. *I. ne solus Græcorum præmio caream. Sed de Eustathio, & quomodo is huic versioni patrocinetur, postea dicam, vbi, quid mihi videatur, altius repetens, paullò verbosius exposuero. Hãc interpretatio-*

nem, cuiuscumq; sit, alij per ignorantiam, alij per dissimulationem, quasi plebiscito quodam confirmatam probant & ratam habent.

Ego quò minus sentiam cum illis, idem facit Achilles, qui alterũ epitheton priori diuersũ addit: φιλοκτεανώτατε .i. lucri auidissime: cui nõ tam Græcorum salus, quàm quæstus, & cõmodum priuatum sit cordi. Non igitur sibi cõstat Achilles. Esto, ira percitus est: rationi dominatur affectus. Id si concessero, occurrit illud: eodem momento, eumdem, quem contra dicit honesto & regio ornat epitheto: & verbis lacessit ignominiosis. Hæc nisi pugnantia viderem, Achillis probarem modestiam: qui ne iratus quidem suo titulo regem fraudare voluerit. In Achille autem neq; Homerus, neq; Horatius, nec alius quis vmquã laudauit modestiam, vel prudentiam: neq; eũ videas vsq; virtutis vocabulo decoratũ præterquam fortitudinis & inconsultæ velocitatis. Quòd autem ab Agamemnone dicitur, θεοείκελος, hoc est, Deo similis: id pertinere arbitror ad constantiam, & grauitatem regis, quem se digna loquentem facit Homerus. Horatius Achillem suis coloribus depictum in arte poëtica spectandum proponit.

Impi-

Impiger, Iracundus, inexorabilis, acer.
Iura neget sibi nata: nihil nõ arroget armis.

Qui verò sibi iura nata negat: qui nullis se legibus teneri putat: non mirum est, si is in iurgio secus appellet regem, quàm regiam maiestatem deceat. Postremò apud Homerum suadens Apollo, vt corpus Hectoris parentibus reddatur, Achillem ait, immanitate præditum leonina, humanitatem omnem exuisse: vt nulla ratione ad misericordiam flecti queat: itaq; eum in illa consultatione non esse audiẽdum monet. Quòd si quis propositi sui tenax, his omnibus neglectis, Achillem intra modestiæ fines retinere, & iræ, aliisq; affectibus imperantem hoc loco fingere velit: audiat, & præcedentibus annectat, quæ deinceps gliscente iurgio, ac feruentibus ardore animis, profert Achilles.

Ω μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε κερδαλεόφρον.

I. Hei mihi, impudentiã indute, lucripeta, quæstuaria, & astuta mente prædite.

Et paullò post.

Αλλὰ σοὶ ὦ μέγ' ἀναιδὲς ἅμ' ἑσπόμεθα.

I. Sed te, ò impudentissime, simul secuti sumus.

Et mox.

Οἰνοβαρές. κυνὸς ὄμματ' ἔχων. κραδίην δ' ἐλάφοιο.

I. Vino

I. Vino grauate, caninos oculos, cor autem ceruinum habens.

Videturne hic Achilles titulosa & regia appellatione Agamemnonem venerari? Non certè. Duplex igitur in eo fuerit error, si κύδιστε, vertatur, gloriosissime: quòd & homini irato, conuiciúq; facienti, modestia tribuatur: atq; idem eodem spiritu, ne dicam, eadem oratione, pugnātia proferat epitheta. Sit igitur, κύδιστε, ignominiosissime: ductum à κῦδος, ου. masc. generis, tertiæ simplicium nominum inflexionis: quod dedecus significat & infamiam. Licet hoc nomen Homero incognitū dicat Eustathius: apud Sophoclem tamen in Aiace, verbum κυδάζεσθαι, quod est, conuicijs incessere, inde legitur deductum. Facessat tantisper hinc κῦδος, εος, primæ inflexionis contract. quo decus & gloria notatur. Nihil enim loci relinquunt illi, epitheta cōtraria, & iracundi hominis affectus. Sed iam videamus rationem defensionis, & Eustathij patrocinium. Eustathius ita scribit inter alia: εἶτα ὡς τὸν βασιλέα ἐλέγξας, εἰς τοῦτο ψευδόμενον, ἐπάγει (post κύδιστε) τὸ φιλοκτεανώτατε. Quod ego sic interpretor: deinde, tamquam redarguēs regem adeò mentitum, addit, auarissime, lucri

cupi-

cupidissime. Hinc videant oculati, quid in gratiam ac defensionem interpretis elici possit. Dicam semel: Locus est ex ambiguo: cui tamen extra idioma Graecum neque festiuitatis, neque leporis, neque gratiae quidquam inesse video. Videtur enim hic Achilles usus esse τοῦ κύδιστε: quemadmodum κλεπτίστατον, *Chremylus, apud Aristophanem in Pluto, qui nobis hanc differendi fenestram aperuit. Vt enim,* κλεπτίστατος, *maximè arcanum, taciturnum, & in seruandis rebus suae fidei commissis fidelem significat,* κλέπτειν, *enim & furari est, & occultare. Item fallere Homero, hoc eodem lib Iliad.* Μὴ οὕτως κλέπτε νόῳ. *.i. ne me fallas, ne falsis rationibus circumuenias. Ita* κύδιστος *gloriosissimum & ignominiosissimum significare potest: alterum à* κῦδος, εος, τό: *alterum à* κῦδος, ου, ὁ. *Vt sensus sit: tu ignominiosissime, tuo iudicio gloriosissime, qualem esse deceat, nihil est, quòd causseris, te solum sine praemio mansurum. Huic meae sententiae adstipulatorem, & subscriptorem ipsum adduco Eustathium: quem illi putarunt sibi aduocatum, & contra me caussam dicturum. Eius haec sunt verba, in eumdem locum.*

ἐπιπλοκή ἐστιν ἐπαίνου, καὶ ψόγου ἐπιτιμηκὴ ἐπ᾽ αἰσχύνῃ

Τοῦ

του βασιλέως. *Hoc est, implicatio est laudis, & obiurgatio infamia ad pudorem regis.*

Hæc mihi sic sunt visa: ita tamen, vt, si quis animo candido pugnans, rationibus fretus, aliud probet, stylum facilè ac lubens sim cohibiturus. FINIS.





In Aristophanis Pluto. Hoc est, in Adagijs, Dicterijs, ac alijs lepidè dictis, tum Græci interpretis antiqui in eumdem commẽtarijs, latinè redditis per D. Bartholomæum Regium, nihil reperi contra fidẽ regulasq; Indicis.

D. Matthias Guarg. Congr. S. Paulli.

Ego F. Paullus Castelleonius vidi & legi cõtentionem linguæ Græcæ, & Latinæ, disquisitionem vocis Homericæ neq; deprehendi quidquam inesse contra bonos mores, vel contra vtrumq; Indicem.

Die 22. Aprilis 1606.

Attenta præfata approbatione, Imprimatur
F. Desiderius Inquisitor Gener. Pap.